GEORGII PICTORII VILLINGANI ... OPERA NOUA, IN QUIBUS...

Georg Pictorius, Marsilio Ficino

AI

GEORGII PICTORII VILLINGANI, VIRI LITERIS MVLTIS VARIAQVE RERVM

scientia & prudentia præditi, hoc est, Polyhistoris, medicique celeberrimi, OPERA noua, in quibus mirifica, iocos salesque, poëtica, historica & medica Lib. V. complectitur.

ITEM,

ONOMATOΘΕΤΗΣ qui locorũ, montium, fontium, fluminum, marium, stagnorum, syluarum, &c. nomina continet.

PRAETEREA,

In Marsilij Ficini de tuenda studiosorum sanitate librum Scholia.

ITEM,

In Plinij naturalis historiæ septimum librum Annotationes.

Basileæ, Ex officina Henricpetrina.

[illegible]

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, DOMINO RVDOLpho, monasterij Lucis Cellæ anachoritæ primario, domino & compatri suo dignisimo, Georgius Pictorius Villinganus Doctor medicus & apud archiducalem curiam Ensisheimij superioris Alsatiæ archiater,

S. D.

I GRATITVdo propterea uirtutum omnium metropolis dicēda est ac fundamentū (antistes reuerende, & compater dignisime) quia ex fontibus huius, in Deum scaturiat religio, in parentes pietas, in patriam charitas, in cognatos amor, & in educato-

res reuerētia. Certè colligendum erit, (ſiquidem oppoſitorum eandem rationem eſſe philoſophus dicit) Tullium non minus uerè quàm eleganter Attico ſcripſiſſe, Ingratitudinem omnium uitiorum eſſe lacunam, & Augiæ impurgatum ſtabulum, beſtiam' que Hannibalis beſtia, quam in ſomnijs uidit deuaſtantem ſyluas, agros, uillas, oppida, diuerticula, campos, fontes, & prata, inhumaniorem, Neminem' que Phalariſmo tam propinquum, quàm is eſt quem acceptorum beneficiorum immemorem cognoſcimus. Ex quo profectò id uerisſimè manare cenſendum ducimus, quòd nemo, ipſa ad id natura prouehente, non ingratos uel Vatiniano proſequatur odio, uel ſi occa-

si occasio detur & ratio patiatur, ingratos in Cynosargos propellere præsumat, Atheniensium lex erat in tales, actiones celebrasse criminosas, quos ueluti Xenophontis onomasticon habet, Per se in publico uirgis cędebant, & Hebræi furca damnabant, Lycurgus suo tempore sapientissimus legum scriptor, Pythagorico symbolo ingratos tacite exulandos præcepit, hyrundines dicens sub eodem tecto non habendas, hoc est ingratos. Ea siquidem auis per æstatem nostro utitur contubernio, apud nos pullos excludit, cibat, & fouet, sed accedente hyeme clàm auolat gratia nulla communicati hospicij relata. His igitur omnibus ammussatim consideratis, me-

moriam quoque subeunte à te acceptorum beneficiorum recordatione, quæ hactenus in me totiens cumulasti, dignissime compater, totus in hodiernum usque diem in hoc fui, ne turpi aut nephanda ingratitudinis nota à te ustulandus forem, & Lacedæmoniorum legi in nullo contrarius essem, quæ, Seneca teste, Datori obliuionem inculcat, & acceptori memoriam tenacem. Qua autem ratione detestabile hoc ingrati nomen effugere possem, cogitanti incidit, in thuris defectu, molam salsam immolandam, ut, si non ex toto, tamen pro parte talionem reddam. Et sic incidit hæc Phylologia mea ex optimis quibusuis authoribus congesta, te Mecœnatem

NVNCVPATORIA.

natem & compatrem meum in primis reuerendum honestare, acceptorum beneficiorum, quantum datur, uices reddere, thosisque tuis hanc, ceu numini meo suspendere & dedicare, non iustius eam pro animi tui candore próque humanitate ea qua flores, te acceptturum, potissimum quando persæpe in historijs lectitaueris, heroes & fortissimos uiros, tui'que simillimos, parua aut nihili munera, non spreuisse, sed hilari uultu, sine'que supercilio, isthæc acceptasse. Artaxerxes maximus Persarum Rex, summa prudentia & morum grauitate uir prǽditus, exemplo est, is enim non minus regiæ esse testatus est amplitudinis, parua libenter, læte'que accipere, quàm ma-

gna tribuere, qui etiam sua uerba re comprobauit. Nam cum illi obequitanti mercenarius, & uilis & imperitus quidam, ut cui aliud fuerat nihil, aquam utraque manu ex proximo flumine haustam obtulisset, non pedem mouit, sed hilaris ac renidens accepit, ipsum ampliori dono remunerans. Amplectere igitur uir amplissime heroico item ritu, hoc quale quale est Pictorij tui mnemosynon, eiusdem'que paruitatem, aestimatione magnum arbitrare, quando ex imis optimi contribuentis pectusculi praecordijs hoc profluxisse facile intelligis. Vale religiosorum decus, faxit'que Deus optimus maximus, ut quàm diutissime prosis ditioni tuae. Datae

NVNCVPATORIA.
Ensishemij superioris Alsatiæ an
no sesquimillesimo sexagesi-
monono, die mensis
Maij decimo-
tertio.

† 5

AVTHORES QVORVM AVXILIO PRAESENTIS Philologiæ ſcripta congeſſimus.

Ælianus	Aulus Gellius
Ægineta	Auicenna
Ælius Spartianus	Auſonius
Agrippa	Auguſtinus
Alhatus	Baptiſta porta
Alchabitius	Baptiſta Camapoſulg.
Albertus	Beneuenius Florens.
Alexander ab Alex.	Beroaldus
Apuleius	Budæus
Athanaſius	Caſsiodorus
Appollonius	Cœlius Rhod.
Architas Tarē.	Cicero
Anidius Caſsi.	Crinitus
Athenęus	Chryſoſtomus
Ariſtoteles	Cyprianus

Cor-

Cornelius Cel.
C. Verres
Diodorus Siculus
Dioscorides
Diocles
Esaias
Empedocles
Epicarmus
Ennius
Franciscus Mirand.
Franciscus Philadel.
Gētilis, Guido
Gattinaria
Gellius
Iulius Dentatus
Ioannes monachus
Hieremias
Hipponax
Hippocrates
Lucretius
Lucianus
L. Apuleius
Liuius
Moses
Maximinus
Marbodæus
Macrobius
M. Varro
Martialis
Origenes
Olympiod.
Proclus
Pictorius
Plautus
Ptolemæus
Petrus Appon.
Plinius

Pli-

Plutarchus
Quintilianus
Q. Horatius Flaccus
Rhases
Strabo geographus
Solinus
Suetonius
Theocritus
Theophrastus
ThomasMorꝰ
Thales
Tyrius maxim.
Vuilhelmus de Conchis.

VII

THEOPHRASTVM ERESIVM ET ALIOS DELIRASSE QVI NATVRAM

brutis & hominibus ante diluuium generale benigniorem fuisse testantur; quàm nostro seculo, de gentibus

Caput primum.

ICET Theophrastus Eresius quondam Platonis discipulus, propter immensam eruditionẽ & infinitam sapientiam suam, qua floruit, Atheniensibus suis ex omni parte uisus sit næuo carens, & nũquam cum Homero dormitasse; nostro tamen seculo nemo est qui ambigat, in eo maximè hunc exorbitasse, quando magis temeritate quàm sapientia fretus, naturam uniuersi prudentissimam opificem, Aristarchi uerũ notat, quod ceruis, cornicibus & ceruis, productiorem cõcesserit uitæ periodum, quam *Theophrastus naturã notauit.*

 homini

Homo miraculum. homini, quem Trimegistus miraculum prope diuinum appellitat. Vbi potius, si ratione uti uoluisset, mandati transgressorem. Adam quippe, notasset obelo, qui non tantum sibi uerum etiam suis posteris annorum decurtauit seriem, imò æternitatem, perpetuo enim, si heptaplo credimus uixisset homo qui fracto mandato effectus est mortalis. Illis qui cum Theophrasto eandem oberrant chordam, & naturam propterea nihili habent, quia prioris seculi ante generale diluuium, hominibus, in annorum distributione benignior fuerit, quam illis qui post inundationem uniuersalem emerserunt, non minus uerè quā eleganter Petrus Apponensis reluctatur, dicēs priori ætati nequaquam inuidendum, si productiorem uixerunt annorū seriem, Cœli etenim dispositio natura non refragante, illis benignior affulserit, & magis propitia. Nam tunc comparuerint duo animales circuli, simul cooperātes, unus quippe in noua sphera, & alter in octaua, ubi

Cur prioris seculi homines annosi.

ubi firmamentum est, sic dispositi ut diametraliter aries arieti, taurus tauro, & gẽmini gemminis cocundo responderent, & cœli influxus ita fortificatos effecerint ut herbæ, radices, segetes & fructus multo salubriores creuerint quam in posterũ, societate per longum motũ, ab inuicem soluta, quãdo totus inferior mũdus ægrotare ac decrescere ceperit. Hæc Apponensis, sed qui sacra tractant, lõgioris uitæ quæ ante diluuium fuit, alias rationes, nulla quoq; exceptiõe dignas ponunt. Quarum prima est, quia uniuersi conditor, filios & nepotes eo tempore talibus disciplinis, & rerum cognitione imbuerit, ut quicquid utile & noxiũ quicqd esset, per se unusquisq; cognosceret, & hinc melius sibi prouideret. Altera, quia tunc uligo terræ, syncera, frugibus & segetibus melius & salubrius suppeditarit alimentũ, quæ post diluuiũ, maris salsedine infecta debilius & insalubrius sit operata, unde longa annorũ series quoq; decreuerit. Sic ergo de uitę spa- *Theologi de longa uita.*

cio nequaquam est quærendum, sed potius curandum ne frustra uixerimus.

PLINII ALIORVMQVE NOTATur error, qui nostros annos, ab ijs qui ante diluuium fuerunt, diuersos dicunt. Caput secundum.

PLinius naturalis historiæ septimo libro, de ueterum in hac uerba prorumpit annis. Annum æstate alij unum terminabant, alterum hyeme, alij quadripartitis temporibus ut Arcades, quorum anni trimestres fuerunt, quidam Lunæ senio, ut AEgyptij. Itaq; apud eos aliqui singula annorum millia uixisse produntur. Hęc Plinius, Hisce uerbis ostendit se opinari annos qui primis patribus tribuūtur, saltē m ses fuisse, et nō spacium ex duodecim mensibus dimetitum. Quæ opinio penitus explodenda uidetur, longè enim plus nos uiueremus, quam illa mundi adhuc recentis antiquitas. Quoniam centū annis mille ducenti menses includentur, qui

Lib. 7. ca. 48.

Plinij error de annis.

tur,qui numerus ulli hactenus ascriptius fuit. Auum ego habui centū & uudecim nostratum annorum, cui si menses pro annis numeraueto, mille trecentum & uiginti duos compleuit annos. Vt tamen euidenti us conuincendi Plinium & alios ostendam argumentum, prophetam deo plenū Mosen quippe adducam qui Genescos libro Malalahel sexagesimo quinto Iared filium genuisse scribit, ubi si annos pro mensibus accipi Moses docet: Malalahel quinq; annis cū tot mensibus Iared filium genuit, quod insanus credat Orestes. A Plinio sunt & alij pari modo à scopo aberrantes, qui heroicos ita à nostris dissociant annos, ut unus nostrorum decem priscorū habitisse uideatur. et sic qui nongentos uixisse dicitur nonaginta uixerit, quorum opinionem diuus Augustinus libro decimo ciuitate decimo multis argumentis proscribit. Tamē qui sanctum heroa pro teste negligit, Hieremiā prophetam perlegat, ubi priscorū annos duodecim

Genes. 5.

Malalahel 65. anno genuit.

August. de annis.

decim mensibus ut nostros commen surатos intelliget.

QVI FIAT VEL MASCVlus uel Fœmina in utero concipiantur. Caput tertium.

QVi cœlorum motus & proprietates rimantur scrutantur, astra efficere dicunt ut uel filios uel filias mulier concipiat, Aiunt enim si cõceptionis hora, planeta uiri lis in signo masculino fuerit, solis ad minpiculo marem fieri, & fœmineũ in signo Fœmineo, eodem sole cooperã te fœminam. Anaxagoras uero & Democritus super ea re alia paret asserto, affirmãtes ex primis qualitatibus actiuis disparilitatem hanc uentre, ac calorem facere cõceptum uirile, frigus autem fœmineũ. Hipponax autẽ Ephesius ut de suo quoq; addat masculum concipi dicit, quando uiri semen, mulieris nutrimentũ copia excedit, & fœminam quum, semen muliebre potentius exundat.

Qualiter uir conci piatur.

Anaxagorus de partu.

Ne tamen medici dicantur à symbolis, horum placita item adponam. Scribun

bunt enim si masculinæ stirpis genitura ex dextro latere spissa, digesta & calorifica ui potens, super algorem & indigestionem guttarū fœmella, utero bene defecato ceciderit, cōcurrēte interiorum membrorum principali um bona habitudine, & exteriorum super cœlestium corporum benigna affluentia, masculū fieri, & per opposi tum fœminam. Quidam à menstrua purgatione quinto die coeundum censent, ut masculus cōcipiatur quia locos tunc mulier colorifica ui potentiores & defecatiores habeat. Et undecimo fœmina, quod eo tempore mulier magis algori participet, & del phinin hoc est uterum turbulentiorē habeat. Sunt item qui maiorē guttarum copiam, masculū dare estiment & minorem fœminam: & alij uento rum flatibus magnam concipiendi uim sexus utrinsq;, nam Anstro Flante, huic qui masculum cupiat mulie ri, non congrediendum suadent, sed rigido septentrionali uento, non quia frigidus, siquidem cōceptioni frigus

Dies quinque conceptioni habitus.

Auster masculos parit minimi.

damno est, sed quia per antiperistasin corpus mulieris efficit compactius, & calorem qui amicus naturæ est corpori includit Calorem uirilitati conducere uel id argumento est, quod statim à coitu mulierem in dextrū latus, quod propter hepar magis æstuat, incumbere medici iubent, pastoribus rectisime astipulāribus, qui tauris & arietibus sinistrum testem funiculis ligant, ut dexter qui calidior est foetus masculinos faciat,

Calor uirilitati quis est.

GEMELLORYM RATIO, ET qualiter eueniat, ut mulier una partu unico multos edat infantulos, Caput qartum.

VNico partu geminos peperisse mulierem uulgatissimum esse, diurnus probat euentus, atqui hoc fiat Cordubensis princeps scitè admodum uigesima prima tertij manifestat, dicens: uterū duas habere cellulas, interstitio quodā sic diuisas, ut (Hippocrate attestāte) dextra masculinę prolis & sinistra fœminæ sit perceptiua, nihil ꝓhibēte quod interstitiū quoq;

Vterus duas cellulas.

quoq; nõ embrionis capax esse possit, si de guttis seminalibus in id quicq̃ inciderit, ut tres pueri simul edantur.

Sunt tamen qui non saltem in tres cellulas uteri sinum diuidant, sed in septem non omnibus manifestas, uelut Galenus decimo quarto de utilitate particularum facit, secundum quas embriones quoque septem naturæ meta non transgressa, concipi queant, & unico partu educi, quod Gentilis septuaginta simul conceptos & uiuos enatos scribit, cum magna profecto cunctatione inter uulgares enunciandum est, qui difficulter tam stupenda credunt. At si uera sunt quæ multum curiosi Anatomi effutiunt, non ualde portentosa sunt, siquidem præfatarum cellularum unamquamque habere arietinorum cornuum instar decem rugositates, in quibus singulis concipi genitale semen possit, & aggregari in embriones. Eo modo scribit Albertus, mulierem quandam configuratis in utero uiginti infantium

Vterus septẽ cellulas.

Septuaginta pueri unico partu.

Vterus quot rugositates.

corpusculis abortum fecisse. Et ut am plius admiratio increscat, is etiamnum aliam execisse docet, embriunculorum auricularis digiti magnitudine corpuscula centum & quinquaginta, quorum digiti capillares fuerint, & arteriarum pulsus manifestarint. Campifulgosus primo dictorum & factorum memorabilium libro, capite sexto eadem per eadem recinit. Sed ut summus & altissimus se omnipotentem & rerum gubernatorem ostenderet, in maximum hæc miraculum haberi statuit: Scribit enim à uirginis partu millesimo trecentesimo decimo quarto Margaritam quandam Hollandiæ comitem, in pago Hag, parte qua Rhenus Oceanum illabitur, unico partu, trecentos & sexaginta infantulos sic genuisse, ut omnes per Episcopum Traiectensem in pelui, masculi sub nomine Ioannis, fœmellæ Elizabeth baptismi characterem acceperint, sed statim omnes cum matre fati pensum soluerint, sepeliendi

Margarita quedã 360 infantes edidit.

tendi in monasterio ordinis sancti Bernhardi Leosduren nomine. Horum tumulo sic inscriptum legitur, Illustris domina Margarita Hermanni comitis de Hennenberg coniunx, illustrissimi principis domini Florencij, comitis Hollandiæ filia, eius mater fuit Mathildis, filia Haunici ducis Brabantiæ fratrem quoque habuit regem Allemanniæ. Hæc præfata domina Margarita, anno salutis millesimo trecentesimo decimo quarto, suæ ætatis quadragesimo secundo, die parasceues, hora nona ante meridiem, peperit infantes uiuos promiscui sexus, numero trecentos sexaginta quatuor, qui postquam per uenerabilem episcopum Guilhelmum suffraganeum presentibus multis proceribus & magnatibus, in peluí quadam baptismi sacramentum percepissent, & masculis Ioannes, fæmellis uero nomen Helizabeth impositum fuisset, ipsarũ omnium simul cum matris, animæ, ad deum æternaliter uicturæ redierunt,

corpora

corpora autem ſub hoc ſaxo requieſcunt.

QVANDO MVLIER VIRVM concipiat muliebrem, & mulierem uirilem, qualiter item Hermaphroditus ſeu Androgynus naſcatur.

Caput quintum.

Siquidem de uteri uel matricis quadam in medium retulimus capſulis, non diſſonum quoque fore arbitrati ſumus, ſi farinæ iſtius & alia dixerimus. Inprimis tamen quomodo uir naſcatur muliebris, & quomodo mulier uirilis, quam uiraginem nominant. Aiunt enim ſi de uiri guttis ex dextro teſte quicquam in locellos mulieris ſiniſtri lateris coeundo ceciderit, uirum concipi, qui uolſis moribus futurus ſit & effœminatus. Et ſi ex ſiniſtro latere uiri dextrorſū quicquam ſcintillauerit, mulierem planè uirilem, quam uiraginem dicimus. Vbi tamen auctarij uice etiamnum dicendum ſupereſt, quod Auicenna ab

Vir muliebris unde.

Mulier uirilis.

ab octauo die mẽstruę purgationis uteri, in undecimum usq; tempus hermaphroditum concipiendum supra modum habile credatur, si in interstitium de quo supra diximus prolifi cum semen fundatur. Est autem hermophroditus, homo qui ex commixtione sexus utriusq; tum utroq; generandi membro exiitit, hunc Androginum quoq; dicimus. *Hermaphroditus unde.* *Hermaphroditus quid.*

CVR SIMILES MVLIERES dissimiles, partus edant, & plusculà de octimestri partu.

Caput sextum.

NE paergon fecisse iudicet in aliam rem à proposita diuertens, in cœpta materia diutius immorabor, ostẽdens, qui fiat quod duæ mulieres similes statura, coætaneæ, & pari alimeno cibatæ, dissimiles partus gignat, una quidem graciles, sed proceros & quasi ex ouo progredientes, altera uero compactos, breues & nanos ferè. Galeni ductu fretus, dispositionem uteri localem, causam esse nemo

corpora autem sub hoc saxo requiescunt.

QVANDO MVLIER VIRVM concipiat muliebrem, & mulierem uirilem, qualiter item Hermaphroditus seu Androgynus nascatur.

Caput quintum.

Siquidem de uteri uel matricis quadam in medium retulimus capsulis, non dissonum quoque fore arbitrati sumus, si farinæ istius & alia dixerimus. Inprimis tamen quomodo uir nascatur muliebris, & quomodo mulier uirilis, quam uiraginem nominant. Aiunt enim si de uiri guttis ex dextro teste quicquam in locellos mulieris sinistri lateris coeundo ceciderit, uirum concipi, qui uolsis moribus futurus sit & effœminatus. Et si ex sinistro latere uiri dextrorsū quicquam scintillauerit, mulierem planè uirilem, quam uiraginem dicimus. Vbi tamen auctarij uice etiamnum dicendum superest, quod Auicenna ab

Vir muliebris unde.

Mulier uirilis.

ab octauo die mẽstruę purgationis uteri, in undecimum usq; tempus hermaphroditum concipiendum supra modum habile credatur, si in intersti- tium de quo supra diximus prolificum semen fundatur. Est autem hermophroditus, homo qui ex commixtione sexus utriusq; tum utroq; generandi membro exitit, hunc Androginum quoq; dicimus.

Hermaphroditus unde.

Hermaphroditus quid.

CVR SIMILES MVLIERES

dissimiles, partus edant, & plusculade octimestri partu.
Caput sextum.

NE parergon fecisse iudicet in aliam rem à proposita diuertens, in cœpta materia diutius immorabor, ostẽdens, qui fiat quod duæ mulieres similes statura, coætaneæ, & pari alimeno cibatæ, dissimiles partus gignat, una quidem graciles, sed proceros & quasi ex ouo progredientes, altera uero compactos, breues & nanos ferè. Galeni ductu fretus, dispositionem uteri localem, causam esse nemo

mo medicorum est qui nesciat, siqui dem unam reperias, quæ uteri seu matricis in latum extensiorem & in longum productiorem sinum habeat, quam altera. Circa istud Galeni assertum facile coniecturandum uenit, matricem formandi certissimum archetypum esse, Nisi Claudij Ptolomei placitis magis inherere studeamus, qui astris quicquid diuersitatis in homine est, totum id refert acceptum, & nihil matrici: partum octimestrem ideo rarissime uitalem esse, in confesso habemus, quia infanti, dum in utero est planetas præfici maxime patet, & eo mense potissimum Saturnum, qui in suis qualitatibus tam actiuis quam passiuis embrioni est contrarius, nam frigidus est & siccus. Ast ratione astronomica elisa, quidam embrionem mense septimo ab uteri conceptaculis egressum affectare aiunt, ac denuo in id colluctari plurimum, ut imbecillior reddatur: unde nisi uires recipiat egrediatur in octauo & fatigatus & debilis succumbat. Quam rationem

Matrix embronis archetypus.

Partus Octimest.

tionem non esse perpetuæ, ueritatis diurnus ostendit euentus. Auicenna siquidem in Hispaniæ partibus edere dicit prægnantes uitales eo mense, Aristoteles similiter in Aegypto, & Agrippa in Naxo, & eã insulam Dionisio sacram perhibent qui octauo mense in lucem editus est. *Naxus fertilis.*

PARTVS ALIQVANDO NAtibicipites, *Thaletis uerba ad periandrum, Cur bestiæ figuram quandoq; accedant humanam de uarorum & claudorum ratione. Cur homines sine manibus aut pedibus nascantur, Naturam sibi nusquam esse defectuosam.*

Caput septimum.

Vidimus anno Sesquimillesimo quinquagesimo secundo, infantulum bicipitem utraq; facie indiscreta, unicaque manu inter utrumque caput assurgente, quod propter excessum quantitatis materiæ, quæ semen est, naturæ exploratores esse perhibent Empedocles enim Agrigẽtinus, si affatim, inquit, semen genitale, in matricis utrinq; effũdatur cellulas *Monstrum.* *Empedocles de mõstris.*

cellulas, gemellos fieri, distinctis corporibus, & mõstrū binis capitib. ubi se mē mediū occupauerit matricis, inferius coherens, & superiora uersus utrinque diffluens. Circa quæ & Thaletis uerba adscribenda uidentur. Thales enim cum uidisset, in Periandri armento, uaccam humano capite, uocem hominis edentem, Periandro dixit, Te moneo ne posthac bubulcos habeas, aut si habere cogaris, uxoratos habeas, tacitè innuens, se bubulcum suspicari cum uacca congressum. Quamuis aliam causam naturales prædicent, dicentes, materiam qualitate peccare, si talia monstra nascātur. Nam si semen effundentis bestiæ modicū propter imaginationem obiecti, ad but manam figuram degenerarit, monstrum fieri biforme, & hominis & bestiæ, suffragantibus astris. Nam Sagittarium in hoc opitulari perhibent, uarorum qui distortis cruribus uelocius ambulant quā alij homines. Galenus libro definitionum medicinalium singularem mentionem facit, dicens, eos haud

Thaletis dictum ad Periandrum.

Monstrum biforme unde.

haud aliter fieri ob matricis curuatam situationem, quam in æqualia simulacra fiunt, si plumbum calefactum in æqualiter in receptaculum fundatur. Pateat enim dicit, matricem sæpe ad recipiendum semen incuruari, quod eiusdem nimirum fit, auida ex propria quadam uirtute à tota specie. De claudis simile rationem ostedunt philosophi affirmantes, si uir in latus cocat semen peruersè in locellos cadere, & decentem embrionis habitû impedire, claudosque producere. Fit item ut homo uel sine manibus uel pedibus quandoque nascatur, quod lubricitati matricis acceptum referunt. Liceat enim, afferunt, quod totum semen in locellos effundatur, tamen lubricitate effici ente partem effluere, constat, propter quod natura formationi intendens instæ, (quia amplius non possit) magis necessaria informet, cor quippe, hepar, cerebrum & testes, quibus massa adnascatur coagulãdo mutila, & monstrum fiat, quale anno uidimus quadragesimo. Hispanus enim circumso- *Cur homo sine manib. & pedib.*

 rensis

ſimum & trigeſimum, in Capricorno, tertium, ſextum & trigeſimum ſecundum, & in aquario, decimum octauũ & decimum nonum, fatali omnia quadam ſtellarum ratione, fieri cõcludes.

DE PARTV QVODAM portentoſo auis cuiuſdam Britannicæ. Caput octauum.

QVoniam uerò partuũ portentoſas in mediũ retulimus narrationes, non ab re futurũ duxi, ſi quæ ex Alexandri ab Alexandro ſcriptis de auis Britannicæ portẽtoſa partu, quondam corraſimus, in medium dedero. Res ſic habet. Autor præfatus in penitiſsimis Britanniæ partibus ſcribit, malos quandoq; & carinas ad maris littora uetuſtate tabeſcentes exponi, ubi diutina aqua exũdãtes tepidi ſolis adminiculo ad littora fũgos breui pediculo acquirãt qui paulatim adoleſcendo citra omnem incubationem moueri incipiant & à trunco auelli, & denuo incorpora condenſari ut plumeſcant & aues fiant *Alexãd. ab alexãdro de partu auis Britãnicæ.*

 littora

flumen cadant, plumescant, & moueri confestim incipiant natantes. Incolæ has hæmorobios nominant. Sed ut magis admiratio increscat, & quæ Isidonis scribit adponam, scribit enim si abietis lignum in aquas littorales uersus orientem inciderit, temporis successu putrescat, & humorem crassum à se eijciat, qui condensatus in littoribus, Phœbi tepentis suffragio, in aures cassitæ uel cristatæ instar matutescat, primo nudas, hinc pinnatas, quæ rostro, pedum uice utantur, & Barliatæ aues uulgò prouincialibus dicantur. Videntur hæc ueritati dissona, sed experientiæ uirorum præfatorum nihil est detrahendum. Quæ ipse uidi hinc quoq; conuenire uidetur, nam idem partus indicat mirabiles. Si qui dem ex semine pusillo, leui mamillarum muliebrium fotu, animari uermiculos notaui, folijs betinis aut arboris mori nutriendos, ut ex se cucullos aut follicula serica quibus inhabitent effingant, in quibus re perfecta, immoriantur, quo acu pictores acceden

Hemorobij.

Aures orient.

Vermes serici.

te lixiuio, globulos faciant, & mortuos eruant, iterum mamillis supponendos ubi candidi papiliones emergant qui alia semina cacando progignant, & uermes alij pro lanificio nascantur.

Papiliones sub mamillis.

CVR VENERIS CVRRVS

Poetarum collegium adscribat columbas & passeres, & alia de columbis.

Caput nonum.

Veneris currum à quatuor trahi columbis candidis in L. Apuleij de aureo asino sexto notauimus libro, ubi Mythici quandam fabulam de Peristera uirgine in columbā mutata, causam asserunt. Sed nos Aeliani placitis freti aliam & ueriorē, ni phantasia deceptus erro, præscribimus, dicentes, coitum huius auis frequentem in causa esse, quum diebus quadragenis concipiat, excludat et educat, idq; ferme per totum annum, quæ res acceptissima ueneri habebatur. Aut quod huius generis masculus non prius fœminam ostendat quàm osculum illi dederit, seu quod fœminas non recipere dicunt marium in ueneris

tieneris actu comertiũ, si uacuam sit osculo. Quidam columbis trahenti-bus curorũ, passeres item adpingunt quia tam effrenatæ libidinis hanc auē esse constat ut eo uescentes epicatha-phoros id est libidinosos fieri noue-rimus. Quoniam columbarum in hac area mentionem fecimus, ex Aeliano hæc scitu non indigna quoque libet apponere. Dicit enim columbas successione ouis incubare, sed pullis effectis seu exclusis, masculum eas fouere, repellentem ab ipsis omnem iracundiam, ne, si non faciat cōtentiones & lites exerciant, atque tinnunculi minus reformident raptũ, quem sic à peristero trophio propellere poteris, si accipetrem in ollam gipso bene perlutatam, in medium columbarij mortuum suspendi curaueris, nullus enim accedet, quoniam Tinnunculo in accipitrem tantam inesse nouimus antipathian, ut non solum uiuentem, sed mortuum quoque & odio habeat & eius præ *Tinnuncu-Peristertro phion.*

 sentiam

damno est, sed quia per antiperistasin corpus mulieris efficit compactius, & calorem qui amicus naturæ est corpori includit Calorem uirilitati con ducere uel id argumento est, quod statim à coitu mulierem in dextrũ latus, quod propter hepar magis æstuat, incumbere medici iubent, pastoribus rectissime astipulatibus, qui tauris & arietibus sinistrum testem funiculis ligant, ut dexter qui calidior est fœtus masculinos faciat,

Calor uirilitati quid est.

GEMELLORVM RATIO, ET *qualiter eueniat, ut mulier una partu uni eo multos edat infantulos,*
Caput quartum.

VNico partu geminos peperisse mulierem uulgatissimum esse, diuturnus probat euentus, atqui hoc fiat Cordubensis princeps scitè admodum uigesima prima tertij manifestat, dicens: uterũ duas habere cellulas, interstitio quodã sic diuisas, ut (Hippocrate attestãte) dextra masculinę prolis & sinistra fœminæ sit percepti ua, nihil phibẽte quod interstitiũ quoq;

Vterus duas cellulas.

quoq; nō embrionis capax esse possit, si de guttis seminalibus in id quieq; inciderit, ut tres pueri simul edantur.

Sunt tamen qui non saltem in tres cellulas uteri sinum diuidant, sed in septem non omnibus manifestas, uelut Galenus decimo quarto de utilitate particularum facit, secundum quas embriones quoque septem naturæ metā non transgressa, concipi queant, & unico partu educi, quod Gentilis septuaginta simul conceptos & uiuos enatos scribit, cum magna profecto cunctatione inter uulgares enunciandum est, qui difficulter tam stupenda credunt. At si uera sunt quæ multum curiosi Anatomi effutiunt, non ualde portentosa sunt, siquidem præfatarum cellularum unamquamque habere arietinorum cornuum instar decem rugositates, in quibus singulis concipi genitale semen possit, & aggregari in embriones. Eo modo scribit Albertus, mulierem quandam conformatis in utero uiginti infantium

Vterus septē cellulas.

Septuaginta pueri uno partu.

Vterus quot rugositates.

corpusculis aborsum fecisse, Et ut am plius admiratio increscat, is etiamnum alium execisse docet, embriunculorum, articularis digiti magnitudine corpuscula centum & quinquaginta, quorum digiti capillares fuerint, & arteriarum pulsus manifestarint, Campifulgosus primo dictorum & factorum memorabilium libro, capite sexto eadem per eadem recinit. Sed ut summus & altissimus se omnipotentem & rerum gubernatorem ostenderet, in maximum hæc miraculum haberi statuit: Scribit enim à uirginis partu millesimo trecentesimo decimo quarto Margaritam quandam Hollandiæ comitem, in pago Hag, parte qua Rhenus Oceanum illabitur, unico partu, trecentos & sexaginta infantulos sic genuisse, ut omnes per Episcopum Traiectensem in pelui, masculi sub nomine Ioannis, fæmellæ Elizabeth baptismi characterem acceperint, sed statim omnes cum matre fati pensum soluerint, sepeliendi

Margarita quedã 360 infantes edidit.

tendi in monasterio ordinis sancti Bernhardi Leosduren nomine. Horum tumulo sic inscriptum legitur, Illustris domina Margarita Hermanni comitis de Hennenberg coniunx, illustrissimi principis dominini Florencij, comitis Hollandiæ filia, eius mater fuit Mathildis, filia Haunici ducis Brabantiæ fratrem quoque habuit regem Allemanniæ. Hæc præfata domina Margarita, anno salutis millesimo trecentesimo decimo quarto, suæ ætatis quadragesimo secundo, die parasceues, hora nona ante meridiem, peperit infantes uiuos promiscui sexus, numero trecentos sexaginta quatuor, qui postquam per uenerabilem episcopum Guilhelmum suffraganeum presentibus multis proceribus & magnatibus, in pelui quadam baptismi sacramentum percepissent, & masculis Ioannes, fæmellis uero nomen Helizabeth impositum fuisset, ipsarũ omnium simul cum matris, animæ, ad deum æternaliter uicturæ redierunt, corpora

corpora autem sub hoc saxo requiescunt.

QVANDO MVLIER VIRVM concipiat muliebrem, & mulierem uirilem, qualiter item Hermaphroditus seu Androgynus nascatur.

Caput quintum.

Siquidem de uteri uel matricis quadam in medium tetulimus capsulis, non dissonum quoque fore arbitrati sumus, si farinæ istius & alia dixerimus. Inprimis tamen quomodo uir nascatur muliebris, & quomodo mulier uirilis, quam uiraginem nominant. Aiunt enim si de uiri guttis ex dextro teste quicquam in locellos mulieris sinistri lateris coeundo ceciderit, uirum concipi, qui uolsis moribus futurus sit & effœminatus. Et si ex sinistro latere uiri dextrorsū quicquam scintillauerit, mulierem planè uirilem, quam uiraginem dicimus. Vbi tamen auctarij uice etiamnum dicendum superest, quod Auicenna ab

Vir muliebris unde.

Mulier uirilis.

ab octauo die mẽstruę purgationis uteri, in undecimum usq; tempus hermaphroditum concipiendum supra modum habile credatur, si in interstitium de quo supra diximus prolificum semen fundatur. Est autem hermophroditus, homo qui ex commixtione sexus utriusq; tum utroq; generandi membro exitit, hunc Androginum quoq; dicimus.

Hermaphroditus unde.

Hermaphroditus quid.

CVR SIMILES MVLIERES *dissimiles, partus edant, & plusculà de octimestri partu.*

Capat sextum.

NE parergon fecisse iudicet in aliam rem à proposita diuertens, in cœpta materia diutius immorabor, ostẽdens, qui fiat quod duæ mulieres similes statura, coætaneæ, & pari alimeno cibatæ, dissimiles partus gignat, una quidem graciles, sed proceros & quasi ex ouo progredientes, altera uero compactos, breues & nauos ferè. Galeni ductu fretus, dispositionem uteri localem, causam esse nemo

mo medicorum est qui nesciat, siquidem unam reperias, quæ uteri seu matricis in latum extensiorem & in longum productiorem sinum habeat, quam altera. Circa istud Galeni assertum facile conjecturandum uenit, matricem formandi certissimum archetypum esse, Nisi Claudij Ptolomei placitis magis inherere studeamus, qui astris quicquid diuersitatis in homine est, totum id refert acceptum, & nihil matrici: partum octimestrem ideo rarissime uitalem esse, in confesso habemus, quia infanti, dum in utero est planetas præfici maxime patet, & eo mense potissimum Saturnum, qui in suis qualitatibus tam actiuis quam passiuis embrioni est contrarius, nam frigidus est & siccus. Ast ratione astronomica elisa, quidam embrionem mense septimo ab uteri conceptaculis egressum affectare aiunt, ac denuo in id colluctari plurimum, ut imbecillior reddatur; unde nisi uires recipiat egrediatur in octauo & fatigatus & debilis succumbat. Quam rationem

Matrix embrionis archetypus.

Partus Octimest.

tionem non esse perpetuæ, ueritatis diuinus ostendit euentus. Auicen na siquidem in Hispaniæ partibus edere dicit prægnantes uitales eo men se, Aristoteles similiter in Aegypto, & Agrippa in N. xo, & eã insulam Dionisio sacram perhibent qui octauo mense in lucem editus est. Naxus ferti lis.

PARTVS ALIQVANDO NAsci bicipites, Thaletis uerba ad periandrum, Cur bestiæ figuram quandoq; accedant humanam de naturum & claudorum ratione. Cur homines sine manibus aut pedibus nascantur, Naturam sibi nusquam esse defectuosam.

Caput septimum.

Vidimus anno Sesquimillesimo quinquagesimo secundo, infantulum bicipitem utraq; facie indiscreta, unicaque manu inter utrumque caput assurgente, quod propter excessum quantitatis materiæ, quæ semen est, naturæ exploratores esse perhibent Empedocles enim Agrigētinus, si affatim, inquit, semen genitale, in matricis utrinq; effūdatur cellulas Monstrum Empedocles de mõstris.

cellulas, gemellos fieri, distinctis corporibus, & mõstrũ binis capitib. ubi se mẽ mediũ occupauerit matricis, inferius coherens, & superiora uersus utrinque diffluens. Circa quæ & Thaletis uerba adscribenda uidentur. Thales enim cum uidisset, in Penandri armento, uaccam humano capite, uocem hominis edentem, Penandro dixit, Te moneo ne posthac bubulcos habeas, aut si habere cogaris, uxoratos habeas, tacitè innuens, se bubulcum suspicari cum uacca congressum. Quamuis aliam causam naturales prædicent, dicentes, materiam qualitate peccare, si talia monstra nascãtur. Nam si semen effundentis bestiæ modicũ propter imaginationem obiecti, ad humanam figuram degenerarit, monstrum fieri biforme, & hominis & bestiæ, suffragantibus astris. Nam Sagittarium in hoc opitulari perhibent, ut horum qui distortis cruribus uelócius ambulant quã alij homines. Galenus libro definitionum medicinalium singularem mentionem facit, dicens, eos haud

Thaletis dictum ad Penandrum.

Monstrum biforme unde.

haud aliter fieri ob matricis curuatam situationem, quam in æqualia simulacra fiunt, si plumbum calefactum in æqualiter in receptaculum fundatur. Pateat enim dicit, matricem sæpe ad recipiendum semen incuruari, quod eiusdem nimiũ sit, auida ex propria quadam uirtute à tota specie. De claudis similẽ rationem ostẽdunt philosophi affirmantes, si uir in latus coeat semen peruersẽ in locellos cadere, & decentem embrionis habitũ impedire, claudosq; producere. Fit item ut homo uel sine manibus uel pedibus quandoq; nascatur; quod lubricitati matricis acceptum referunt. Liceat enim, asserunt, quod totum semen in locellos effũdatur, tamen lubricitatẽ effici ente partem effluere, cõstat, propter quod natura formationi intendens iusta, (quia amplius non posſit) magis necessaria informet, cor quippe, hepar, cerebrum & testes, quibus massa adnascatur coagulãdo mutila, & monstrum fiat, quale anno uidimus quadragesimo. Hispanus enim circumfo-

Cur homo sine manib. & pedib.

simum & trigesimum, in Capricorno, tertium, sextum & uigesimum secundum, & in aquario, decimum octauũ & decimum nonum, fatali omnia quadam stellarum ratione, fieri cõcludēs.

DE PARTV QVODAM portentoso auis cuiusdam Britannicæ. Caput octauum.

QVoniam uerò partuũ portentosas in mediũ retulimus narrationes, non ab re futurũ duxi, si quæ ex Alexandri ab Alexandro scriptis de auis Britannicæ portētosa partu, quondam corrasimus, in medium dedero. Res sic habet. Autor præfatus in penitissimis Britanniæ partibus scribit, malos quandoq; & carinas ad maris littora uetustare tabescentes exponi, ubi diutina aqua exũdātes tepidi solis adminiculo ad littora fũgos breui pediculo acquirāt quĩ paulatim adolescendo citra omnem intubationem moueri incipiant & à trunco auelli, & denuo incorpora condensati ut plumescant & aues fiant

Alexād. ab alexādro de partu auis Britānicæ.

 littorā

flumen cadant, plumescant, & moueri confestim incipiant natantes. Incolæ has hæmorobios nominant. Sed ut magis admiratio increscat, & quæ Isidorus scribit adponam, scribit enim si abietis lignum in aquas littorales uersus orientem inciderit, temporis successu putrescat, & humorem crassum à se eiciat, qui condensatus in littoribus, Phœbi tepentis suffragio, in aures cassitæ uel cristatæ instar maturescat, primo nudas, hinc pinnatas, quæ rostro, pedum uice utantur, & Barliatæ aues uulgò prouincialibus dicantur. Videntur hæc ueritati dissona, sed experientiæ uirorum præfatorum nihil est detrahendum. Quæ ipse uidi hinc quoq; conuenire uidētur, nam idem partus indicāt mirabiles. Siqui dem ex femine pusillo, leui mamillarum muliebrium fotu, animari uermiculos notaui, folijs betinis ut arboris mori nutriendos, ut ex se cucullos aut follicula serica quibus inhabitent effingant, in quibus reperfecta immoriantur, quo acu pictores acceden

Hemorobij.

Aures oriut.

Vermes serici.

tteneris actu comertiũ, si uacuam sit osculo. Quidam columbis trahentibus curorũ, passeres item adpingunt quia tam effrenatæ libidinis hanc auẽ esse constat ut eo uescentes epicathaphoros id est libidinosos fieri nouerimus. Quoniam columbarum in hac area mentionem fecimus, ex Aeliano hæc settt non indigna quoque liber apponere. Dicit enim columbas succesione ouis incubare, sed pullis effectis seu exclusis, masculum eas fouere, repellentem ab ipsis omnem iracundiam, ne, si non faciat cõtentiones & lites exerciant, atque tinnunculi minus reformident raptũ, quem sic à peristero trophio propellere poteris, si accipetrem in ollam gipso bene perlutatam, in medium columbarij mortuum suspendi curaueris, nullus enim accedet, quoniam Tinnunculo in accipitrem tantam inesse nouimus antipathian, ut non solum uiuentem, sed mortuum quoque & odio habeat & eius præ *Tinnuncu- Peristerotro phion.*

 sentiam

Columbarium quid.

Serapio de columbis nec auolent.

sentiam fugiat, M. Varro peristerotrophion totum columbarium habitaculum nominat, sed columbaria loculamenta dicit, quæ singulis paribus assignantur columbarum, columbarium eorum custodē narrat, idem aut educatorem, cui ne columbæ à suis columbarijs auolent. Serapio cunctas parū aureo annulo super calefacto inuren das docet in alis, sic enim euolatę & redeant & alias secum ad sua columbaria ducant, simplicium libro capite deheeb.

DE AVRI PRETIO EIVS demque auri incor ruptibilitate, & de Aere Cyprio quędam e Aristotele miranda. Caput decimum.

Aurum metallis præfertur omnibus.

Scribit Plinius aurum cæteris metallis omnibus esse prælatum, uel ideò quia uni nihil detrahat ignis, sed quò sępius arserit ad bonitatem magis uergat, quodque eo minimū usus, etiam frequens absumat, non conficiatur erugine, neq; rubigo ponderi quicquam aut bonitati auferat.

Atq;

Atque hinc Antoniũ triũ uirũ Messala oratore attestãte, aureis usum uasis, in omnibus obscœnis desiderijs, & Ptolomæum maxime in conuiuijs, quan do olim mille cõuiuis totidẽ aurea ua sa, cum ferculis in prandio mutauit. Hæc Plinius trigesimo tertio libro. Sed ego causam ex L. Apuleio uerio rem, ni fallor, ostendere possum, quan do libro nono sui Asini, cunctas auro difficultates peruias esse ostendit, fo resque uel adamantinas eius medio per fringi attestatus est, et rectè quidem. Nam C. Verres nihil esse innotuit, quod auro non uiolari queat, nihil tã munitum quod non expugnari, nihil tam inuium quod non peruium red dat hæc flaua terra. Hoc etiam Philip pus Alexandri Macedonis pater ex pertus est, qui omnia castella oppug nari posse affirmatus est, in quæ asel lus auro onustus ascendere posset, qui ut locutus est, ita fecit quo que. Nam auro cunctos mortales corrumpens, & proditores auro con-

Antonius triumuir.

Ptolomæi luxus.

C. Verres de auro.

Philippus Maced. de auro.

cilians, plurimas urbes occupauit, totam Græciam, Demosthene in oratione pro Ctesiphonte sübscribente, interruſbás, uelut id Flaccus in hæc nerba quoqꝫ elucidat, urbium portas uir Macedo diffidet, & ſubruat æmulos reges muneribus, & alibi, Animorū iter per medios ſatellites & perrumpere amat ſaxa potentius ictu fulmineo.

Flaccus de auro.

Sunt tamen qui auro turpem in urant notam, dicentes, uitam humanam multo innocentiorem futuram, ſi auri argentiꝗ metalla ex mortalium commercio abdicarentur, quoniam in pernitiem ſolũmodo uitæ reperta ſint, & multa multis, ut Plantinus ſenex inquit, peperam inculcent, homicidia, ſacrilegia, furta, contentiones, rixas, bella, ſimultates, ſtupra adulterina, proditiones. Et ut apertis loquar buccis, omnia ſcelera, Lycurgꝰ ſtatuto auri uſus ex Spartana ciuitate eliminatus eſt, quod metallū execrādū duceret aurum. Libet hic ſuperpondus loco de Cyprio ære quæ Ariſto-teles

Plautus de auro.

Lycurgi ſtatutum.

teles habet adponere. Dicit enim in Cypro genus quoddam gigni æris, auro non absimile quod in frustra minutissima concisum agricolæ serant, & pluuia subsequente exoriatur & coalescat, & quando adoleuerit ad iustam maturitatem, colligant & recondant agricolæ. *Cyprium æs.*

QVOTTO MENSE INFANS superstes edi possit.

Caput undecimum.

Mense septimo nasci infantem superstitem & experientia docet, & Philosophi Empedocles, Diocles, atque Straton idem testantur. Id quod Epipho magno errore ductus, pernegat, Epicharmus octauo quoque errabundus nullum eger dixit uicturum, quoniā aliquas superstites mansisse conceptum est, licet rarius contigerit, nam ut pluri mum confestim exhalant, non certe sydérum ratione, ut multi opinantur, qui id incommodi in aspectus syderum reijciunt, dicentes singu lis *Mense septimo superstites nascunt.* *Epicharmus de partu.*

lis uteri gerendi mensibus singulos planetas præfici, sic ut qui primus à conceptione, idem octauo mense Saturnus quippe dominetur, qui frigidus est & siccus, utrunque humanæ qualitatibus contrarius. Licet alios te perias qui fœtum septimo mense co natum exitum, non absque læsione, petere affirment, quem si incolumitati non dum restituti impetrauerint citò moriantur. Istis tamen omnium opinionibus elisis, in Hippoc. iurandū cē semus scripta, qui in libro suo de partu octimestri, in aliam à præscriptis decinet regiam, dicens, octauo mense uteri gestationem prægnantibus difficilem, & prægnantem ægrius se habere, quia in matrice aliqua grauia sentiat incommoda mulier, atque pariat duplici labore oppressa, partus quidem & ægritudinis, unde imbecillior facta, & fœtus reddatur imbecillior qui denuo moriatur. In Hispania tamen Aristoteles multos in hoc mense natos superuixisse testatur, Auicenna idem in Aegipto, et Agrip

Saturnus octimestri præest.

Octimestris partus ratio Hippoc.

Hispania octim. superstites generat.

Agrippa in Naxo. Nonum uerò eden do partum Hippocrates & alij men sem habilem uolunt, Menandro & Aristotele subscribentibus, qui un decimum quoque adijciunt cum Var rone, de quo mense caput sequens tractabit. Papirius decimum quartum addidit, quem repudiamus ex præfa torum archestra.

IMPRÆGNATAM VLTRA *decimum mensem uterum posse gerere.*

Caput duodecimum.

Hippocrates medicorum Alpha, in libro de natura fœtus Trium phiris & imperatori Iustiniano consentiens, nullam mulierem post decimum mensem posse uterum gere re, scitè admodum scribit, causas ali quot ostendens, propter quas hone stissimæ matronæ sæpenumero se im prægnatas, cum minime sint, arbi trentur, id similitudine probans sa tis pulchra. Quemadmodum enim (inquit) gallinam ouo insidere uide mus

In Timianus de partu.

Simile pul chrum de gallina.

mus, & ouum calefieri, spiritum concipere, ob suam raritatem aëre quandoque refrigerari, ex oui luteo pullum creari, & in membra informari, candido sine albo nutricari, & uicesimo die ob defectum nutrimenti uehementer agitari, membranasque infringere, & matris adminiculo, quę testam dirumpat, prodire, Sic in locellis matris, infantis membra informari cernamus, inquit, crescere, & tam diu quieta latitare, donec mater amplius satis nutrire non ualeat, ubi tunc plus nutrimenti quęritans quę adsit, ultra non quiescat, membranas lacerans, uinculisque solutus foras progrediatur, pro quibus omnibus decem mensés fatis esse testatur.

Hippocrati nihilo in hac re detrahendum censemus, quum illi ob diuinam artis cognitionem, ut Dioni cuipiam antiquitus sacrificari ceptum legerimus. Sed quia sæpenumero impregnatas undecimo mense pepenisse cõpertum habemus. Hadriani potius

tius imperatoris inhæremus opinioni, qui Græcorum & Latinorum, Philosophis & medicis, Aristotele Diocle & Varrone consentientibus in undecimum usque gestari possit infantes, decemuirorum decreto penitus ablato.

QVOD TEMPVS PLANTAtioni & lignis cædendis, arboribus conserentis, nauibus fabricandis, & frugibus condendis habile, quo item tempore, agni, oues, sues, uituli & muli castrandi.

Caput decimum tertium.

Agricolis & hortulanis & hæc adposuisse consentaneum uidetur. Nam usu uenit quandoque ut in re oeconomica prosint, quoniam si plantare uolumus tempore adolescentis lunæ hoc fieri suadent, qui astra callent, quando humidum prædominatur, & semina largiore cibari possunt humore, sic enim citius in fructum suum adolescunt: Cædēdæ uero materiæ, decrescentis lunæ tēpus est, quod tūc quæuis materia siccior esse cognoscitur atq; attenuatior, nec facile

Luna adolescente plantandum.

Luna decrescente cædendum.

facile marcescat carie quae conficiatur: *Luna aucta caesa putrescunt.* quum luna aucta decisa quando humor exuberat, in parua annorum serie uermiculis arroditur & putrescit. Hesiodus laudat nonum lunae diem arboribus conserendis, & decimum quoque tertium, uel ideo quod Plutarcho teste, his diebus insita uis adsit plenior radicibus, sed eosdem seminibus inutiles, quia tunc iactum semen pluuias magis desideret, ut putrescat & germinet. Decimam sextam plantationi idem incongruam Hesiodus affirmat, uel inde quod lume deficiẽs, germina satis non euocet. Nauibus fabricãdis lume diminutum eligendum censet, *Procli sententia.* quia has diutius perennare oporteat: proclus eodem tempore funges in aream condendas dicit, & soleant post plenilunium uenti suscitari, quia a granulis palea, glumaesq; discriminent. Sunt autem in his causis & rationes facile cognoscimus diebus, sic post *Animalia quae castranda.* sunt & alij lunae dies caeteris operibus esse commodo [uel damno, ratione nonadmodum manifesta. Nam prae- fatus

ſtatus autor agnos caſtrandos monet, ſexta lunationis die cauſa ignorata, octaua boues & porcos, duodecima mulos, decimam ſextam maribus gignēdis oportuniorē affirmat quàm fœminis, decimam uerò ſelectiorem fœminis quàm maſculis.

BVFONEM ANIMAL FOEDISſimum non ſine ratione à Deo creatum.

Caput decimum quartum.

MVltis rationi diſſonum uidetur quod Deus bufonem animal fœdiſsimum, minimeq; proficuum in hominum conuerſationem creauit: quem etiam à noſtra religione diuerſi; nihil fruſtra creaſſe proclamant. Quibus obuiandum ſit, Vuilhelmus de Conchis, in omni doctrinarum uir; tetragono conſtans & multum eruditus opinatur, dicens, licet Bufo animal ſit ualde horrēdum, natura ſeuum, progreſſu pigrum, ueneno peſtiferum, homini inimicum, tactu maximè ſordidum, cibatu ſuſpiciosum, quia terra ſolum ueſtitur, & ad

Generē.

Bufo animal horrēdum.

admodum parce, ut eam saltem pro integro, die quantum pede corripere potest capiat, timens, ne si plus comedat, terræ denuo habitu, sit defectus, tamē aspiciētem admonet ut pro Dei gratuito beneficio qui ipsum nō Bufonem sed hominē crearit, animal prope diuinum sublimi oris, ut cœlum intueatur & rationis capax sit, immensæ Dei bonitati gratias agat.

EX QVATVOR ELEMENTIS RES OMNES ESSE COMPACTAS, *sed quamlibet rem elementum aliquod sequi potentius, & singulare,*

Caput decimum quintum.

Elemēta ad res omnes.

Licet ad rerum omnium generationem omnia elementa in compositionem conueniant, singulæ tamen unum præcipuum elementum imitãtur, uelut lapides qui opaci sunt & grauiores à Dominio terrei habentur, trāsparentes & qui ex aqua coeretì ut Cristallus, Perillus, & margaritæ in conchis, aquei. Aque supernatãtes & spongiosi, ut pumex, & qui spongijs

gijs in cludũt, aërei. Sed ex quib. ignis *Lapides aërei.*
cludũt ignei, uelut pyrites & asbestus *lapides ignei.*
Sic inter metalla terrea sunt plumbũ
& argentũ, aquea argentũ uiuũ, aerea
cuprum & stannum, & ignea aurum
atque ferrum. Et sicut in lapidibus &
metallis hæc rata sunt, sic in plãtis quo
que, nam terram imitãtur radices pro
pter densitatem, folia aquam propter
succum, flores aërem, propter subtilĩ
tatem, & femina ignem propter spui
tum gignitiuum. Pari modo de ani
malibus & eorum membris differen
dum, Philosophi suadent, nam terrea *Animalia terrea.*
sint, inquiunt quæ hypogea & ter
ræ cauernas inhabitant, ut uermes
sunt, talpæa & lumbrici, Aquea uero
pisces, aerea aues, & ignea quæ ignem
colunt, uelut Salamãdra, et quę igneo *Animalia ignea.*
calore æstuant ut leo, columba &
struthio, quem ferrũ frigidum & du
rissimum in corporis sui nutrimen *Struthio ferrum decoquit.*
tum digerere, & stomachũ suum ferro
ignito non ob lædi dicũt. Sic animaliũ
ossa terræ respõdent, carnes aërẽ, spiritus

uitalis ignem, & aquam humores, qui similiter elementares sic habentur ut holera nigra terram, sanguis aerem, holera rubra ignem & pituita aquam.

Augustin. His diuus Augustinus animam consortem prædicat. Nã terræ sensum adscribit, rationem aeri, intellectũ igni, imaginationem aquæ. Quibus humoribus dispartiuntur quoq; sensus in elementa.

Sensuum partitio. Tactus enim terreus habetur, erassiora sibi corpora adsciscens, Auditus aerius, nam aere percusso fit sonus, uisus igneus, dũ ex oculis quãdoq; ignem scintillare apertissime notamus, sed gustus olfactusq; aquam, sine qua nec odor neq; sapor fieri potest. In hanc item aream artus currunt hominũ, & operationes.

Artuum differentia. tardus enim motus & solidus à terra signatur, quæ inertiam & remissum opus facit, alacritates & amicabiles mores ab aquæ in fluxu emergunt. Aer impetum affert, & iracundiam ignis, Sic ergo elementa omnium esse prima, & omnia ex illis & secundum illa uires suas ele-

Elemẽta rerum omnium prima.

mentares

mentares in omnia diffundere liquido patet.

VRBANE FACTVM A' CLAVDIO *imperatore de scyppo surrepto à T. Iunio in conuiuio.*

Caput decimum sextum.

LEpide factum ac per urbane traditur à Claudio imperatore cum T. Iunio uiro prætorio in conuiuio celebri, in quo cum plures (ut fit) primæ nobilitatis conuenissent, a singulis uasa Corinthia uel myrrhina apponerentur quo nihil ad elegantiam cõuiuij posset desiderari. Inibi T. Iunius qui & prætor & legionis præpositus fuit, sumpta occasione auteum scyphum egregij operis, suffuratus est. Quod cum in ratione colligenda imperator Claudius deprehenderet, pereleganti commento hominis furtum putauit detegendum, parato enim mox alio conuiuio, ijdem accersuntur qui ad imperatoris dapes pridie conuenerant. Et cum singulis uasa eadem gemmea & preciosa in

 mensa

mensa reponerentur, uni duntaxat T. Iunio Samijs ac fictilibus ministratum est. Quod & Suetonius oppresso Iunij nomine scribit. Ex quo deinceps probro seruili respersus est, quasi scyphum aureum in principis conuiuio surripuisset.

IN ALIQVIBVS HOMINIbus corda reperiri hirsuta, & hoc quia significet de Aristemone plusculas. Cordis item magni, rigorosi & parui, praesagia.

Caput decimum septimum.

ADmiratione digna & fermè incredibilia isti recensent qui, anatomen celebrant, recesent enim, in quibusdam hominibus dissectis, corda reperta esse hirsuta, cum ossiculis, ut in equorum cordibus reperiantur, quibus uix adhibenda fides esset, ni ueterum anxia sedulitas subscriberet. Habent historiae Aristemonem Messenium unico die trecentos occidisse Lacedemones, & propterea ipsum fuisse captum ad latomiarum poenas, quia

Corda hirsuta reperta.

Aristemone hirsuto corde.

qui tamen per cuniculos & cauernas euaserit, subterraneos secutus aditus, unde iterum captus sit, & custodibus somno sopitis lora cum flagellis exuserit, aufugiens. Et sic tertio captus & dissectus sit, ut hominē interius quoque inspicere possent, qui eum corde hirsuto fuisse notauerint. Atque ex eo hunc tam uirilem, astutum, & audacia præditum fuisse censuerint. In Paphlagonia perdices bicordes Theophrastus, Plinius, & Gellius scribunt, qui eas quoque minus timidas, seu meticulosas opinantur, in extispicijs cor rigorosum stolidi animantis interpretantur, prægrande pauidi, sicut in ceruis uidere liceat, paruum animosi seu audacis, quod canes ostendat, Aristotelis suffragio.

Perdices bicordes.

Cor rigorosum quid.

QVOD SIT GRAVISSIMVM *scelus auaritiæ crimen, ex epistola Cassij, & alia ex Salustio.*

Caput decimum octauum.

QVam multa & quam uaria scripta sint à ueteribus contra auaritiam, palā est, cū omnes pro-

 peautho

perauthores magnis quidem conuicijs insectationibusq; tantum scelus execrati sint. Sed Auidij Cassij uerba ex eius epistola repetenda uidentur, quoniam si hoc malum priuato homini indignum est, certe in principe nephandum, atq; mulctãdum. Sic igitur Auidius Cassius ad generum suum. Miseram rempublicam atq; infoelicem, quæ nimis diuites diuiciarumq; cupidos patitur, itaq; M. Antonius imperator, uir & moribus & rebus gestis clarissimus, nihil in tota uita magis timuit, atq; deprecatus est quam auaritiæ famam sicut relatum est à Iulio Capitolino. Nam quantum à tali crimine abesset, testes optimi sunt eius epistolæ. Vero autem uerius est quod à Crispo Salustio fertur in hunc mbdii Belua, feta, immanis, intolletanda est auaritia. Quo se uertit, oppida, agros,

Auaritia be nae ri.

prophana atq; domos uastat, diuina cum humanis permiscet, neq; exercitus, neq; mœnia obstant, quo minus in sua penetret, fama, pudicitia, liberis patria atq; parẽtib., cunctos mortales spoliat,

spoliat, Ea hanc ob rationem adponenda duxi, ut quisque facile intelligat quid spei collocandum sit in eos qui aurum ac diuitias congerendas statuunt.

NATVRAM PERSAEPE MEdicum, etiam quamuis eruditum, suam industria excellere.

Caput decimum nonum.

Contigisse uidimus ut syncerus quidam noster amicus morbo trucidaretur quem Græci κεφαλαργίαν uocāt, sic ut oculorum perseņtisceret caliginem, & mentem ferme alienatam, cum uomitu, & suppressa uoce, corpore ad animi pene deliquium algente. Qui cum de salute sua actum esse suspicabatur, nullis omnino remedijs conferentibus, morbo sine intermisione uigorante, paucis diebus naturæ uim & artem auxiliantem paulatim exercere sensit, quę per sinistram narem uermem palmo longiorem eiecit & sic bonus homo liberatus quieuit. Ita sæpenumero usu uenit: Ausonius pulchre ostendit dicēs.

κεφαλαργία: (margin)

Vermis per narem eiectus. (margin)

Non est in medico semper releuetur ut æger. Interdum docta plus ualet arte malum.

FORTVITO CASV ET *præter spem morbos mirabiliter curari posse.*

Caput uigesimum.

Morbis fortuna & casu interdum mederi posse, per mulierem quandam Beneuenius Florentinus medicus et philosophus excellens, claré ostendit. Dicit enim mulierem se uidisse, aqua intercutem adeo laborantem, ut nulla ei spes de salute superesset. Hanc inquit spiritu quodam exotico eo impulsam, ut eminenti quodam de loco sese præcipitaret in terram, ubi læso utero ad lapidem, dissectoq́ue, ita prorsus omnis effusus sit humor, ut quæ infantulum octimestrem gestasse uidebatur, enixam credidisses. Sed nec multo post aut tempore, aut labore, idoneis ad hæc rem adhibitis præsidijs, sanitati penitus restitutam, idem Beneuenius attestatus este.

Mulier ad hydropi filiberata.

PHILOLOGIAE LIBER SECVNDVS.

AB ERVDITIS ET SAPIENTIBUS plerunq; fatuos & dementes progigni, et unde hoc ueniat, Caput primum.

Emosthenes à uiris egregns & multum sapientibus, quasi fato sic prouisum sit, semper ferme proficisci pueros fatuos attestatus est. Quem ex tripode locutum esse Aristarchus Alexandrinus uir multiplici & singulari eruditionem praeditus, ac ferme omnium tunc temporis poetarum censor grauissimus, & Philometoris regis filij praeceptor, probat. Is enim duos filios habuit Aristarchum & Aristagorã utrumq; ne hit Suidae collectanea habẽt, fatuũ & dementem. Habemus tamen huius rei testem multò grauiorem Aeliũ Spartianum ad imperatorem Diocletianũ scribentem, in hęc uerba: Equidẽ cõstat, inquit, Auguste, neminem pro pe

sapientibus fatuos quod gigni.

Spartianus ad Diocletianum.

pe magnorũ uirorũ optimum & utile filium reliquisse, Denique aut sine liberis uiri interierunt aut tales habuerunt plærięꝫ ut melius fuerit rebus humanis, sine posteritate discedere, Et ordiamur à Romulo qui nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius quod utile posset esse reipublicæ Quid Camillus, cum sui similes habuit liberos? Quid Scipio? Quid Catones qui magni fuerunt, iam uero de Homero, Demosthene, Vergilio, Crispo, Terentio, Plauto cæterisęꝫ alijs dicam. Quid de Cæsare? Quid de Tullio? cui soli melius fuerat liberos, non habuisse? Quid de Augusto qui nec adoptiuum filium bonum habuit? cum illi eligendi fuisset potestas ex omnibus. Sed ad genitos ueniamus, Quid Marco fuisset Felicius si commodum non reliquisset heredem? Quid Seuero Septimio, si Bassianum non genuisset? Hæc Spartianus. haud temere ergo quæsitum est à Philosophis qua ratione id eueniat: Nullus tamen est, quod sciam, qui rationem osten

Romulus filios degeneres.

ostēderit preter Aphrodiseum qui pulchre nodū soluit, & cum auctario, declarat enim non solum cur prudentes fatuos & nanos progignant. Sed etiam cur parentes fatui, prudentes & fortes filios edant, Dicens dementes & stolidi parentes dum in actu sunt uenereo, nimium adstringuuntur uoluptati, animamque corpori magnopere immersam habent, ex quo semē uirtutum, tam animalis quā naturalis potens redditur, & prudentes ualidique nascuntur filij. Sed prudentes quum opposito modo se habeant, opposito quoque modo progignant imprudentes & nanos, Nam coeundo mentem sparsam obtinent, & suspensam cogitantes quæ sunt extrinsecus necessaria, unde semen eorum defluit ambarum uirtutum defectuosum.

Cur stolidi parētes prudentes gignant.

Cur prudētes stolidos filios.

IN REGIONIBVS INVENIRI ALIQUIBUS *homines miraculosos & aspectum falte fascinantes.* *Caput secundum.*

SCribit. A. Gellius nono libro, cum è Græcia redijsset in Italiam se libros

mus, & ouum calefieri, spiritum concipere, ob suam raritatem aëre quandoque refrigerari, ex ovi luteo pullum creari, & in membra informari, candido fine albo nutricari, & uicesimo die ob defectum nutrimenti uehementer agitari, membranasque infringere, & matris adminiculo, quę testam disrumpat, prodire. Sic in locellis matris, infantis membra informari cernamus, inquit, crescere, & tam diu quieta latitare, donec mater amplius satis nutrire non ualeat, ubi tunc plus nutrimenti queritans quę adsit, ultra non quiescat, membranas lacerans, uinculisque solutus foras progrediatur, pro quibus omnibus decem mensis satis esse testatur.

Hippocrati nihilo in hac re detrahendum censemus, quum illi ob diuinam artis cognitionem, ut Dioni cuipiam antiquitus sacrificari ceptum legerimus. Sed quia sæpenumero im prægnatas undecimo mense peperisse copertum habemus. Hadriani pótius

tius imperatoris inhæremus opinioni, qui Græcorum & Latinorum, Philosophis & medicis, Aristotele Diocle & Varrone consentientibus in undecimum usque gestari posse infantes, decemuirorum decreto penitus ablato.

QVOD TEMPVS PLANTAtioni & lignis cædendis, arboribus conserendis, nauibus fabricandis, & frugibus condendis habile, quo item tempore, agni, oues, sues, uituli & muli castrandi.

Caput decimum tertium.

AGricolis & hortulanis & hæc adposuisse consentaneum uidetur. Nam usu uenit quandoque ut in re oeconomica prosint, quoniam si plantare uolumus tempore adolescentis lunæ hoc fieri suadent, qui astra callent, quando humidum prædominatur, & semina largiore cibari possunt humore, sic enim citius in fructum suum adolescunt. Cædēdæ uero materiæ, decrescentis lunæ tēpus eligunt, quod tūc quæuis materia siccior esse cognoscitur atque attenuatior, nec facile

Luna adolescente plantandum.

Luna decrescente cædendum.

Luna aucta cæcisæ putrescunt.

facile marcescat carie quæ conficiatur quum luna aucta decisa quando humor exuberat, in parua annorum serie uermiculis arroditur & putrescit. Hesiodus laudat nonum lunæ diem arboribus conserendis, & decimum quoq; tertiū, uel ideò quod Plutarcho teste, his diebus insita uis adsit plenior radicibus, sed eosdem seminibus inutiles, quia tunc iactum semen pluuias magis desideret, ut putrescat & germinet. Decimam sextam plantationi idem incongruam Hesiodus affirmat, uel inde quod lumē deficiēs, germina satis non euocet. Nauibus fabricādis lumē diminutum eligendum censet, quia has diutius perennare oporteat. proclus eodem tempore funges in aream condendas dicit, & soleant post plenilunium uenti suscitari, qui à granulis palea, glumasq; discriminent. Sunt autem in his causas & rationes facile cognoscimus diebus, sic possunt & alij lunæ dies cæteris operibus esse commodo uel damno, ratione non admodum manifesta. Nam præfatus

Procli sententia.

Animalia quæ castranda.

fatus autor agnos castrandos monet; sexta lunationis die causa ignorata, octaua boues & porcos, duodecima mulos, decimam sextam maribus gignẽdis opportuniorẽ affirmat quam fœminis; decimam uerò selectiorem fœminis quàm masculis.

BVFONEM ANIMAL FOEDISsimum non sine ratione à Deo creatum.

Caput decimum quartum.

MVltis rationi dissonum uidetur quod Deus bufonem animal fœdissimum, minimeq́ proficuum in hominum conuersationem crearit: quem etiam à nostra religione diuersi, nihil frustra creasse proclamant. Quibus obuiandum sit, Vuilhelmus de Conchis, in omni doctrinarum uir; tetragono constans & multum eruditus opinatur, dicens; licet Bufo animal sit ualde horrẽdum, natura seuum, progressu pigrum, ueneno pestiferum, homini inimicum, tactu maximè sordidum, cibatu suspiciosum, quia terra solum uestitur, & Generi. Buso animal horrendum.

admodum parce, ut eam saltem pro integro, die quantum pede corripere potest capiat, timens, ne si plus comedat, terræ denuo habitur, sit defectus, tamẽ aspiciẽtem admonet ut pro Dei gratuito beneficio qui ipsum nõ Bufonem sed hominẽ crearit, animal prope diuinum sublimi oris, ut cœlum intueatur, & rationis capax sit, immensæ Dei bonitati gratias agat.

EX QVATVOR ELEMENtis res omnes esse compactas, sed quamlibet rem elementum aliquod sequi potentius, & singulare,

Caput decimum quintum.

Elemẽta ad res omnes.

Licet ad rerum omnium generationem omnia elementa in compositionem conueniant, singulæ tamen unum præcipuum elementum imitãtur, uelut lapides qui opaci sunt & grauiores à Dominio terrei habentur, trãsparentes & qui ex aqua cõcreti, ut Cristallus, Berillus, & margaritæ in conchis, aquei. Aquæ supernatantes & spongiosi, ut pumex, & qui spongijs

gijs includũt, aërei. Sed ex quib. ignis elidit̃ ignei, uelut pyrites & asbestus Sic inter metalla terrea sunt plumbũ & argentũ, aquea argentũ uiuũ, aerea cuprum & stannum, & ignea aurum atq; ferrum. Et sicut in lapidibus & metallis hæc rata sunt, sic in plãtis quo que, nam terram imitãtur radices pro pter densitatem, folia aquam propter succum, flores aërem, propter subtilí tatem, & semina ignem propter spiri tum gignitiuum. Pari modo de ani malibus & eorum membris differen dum, Philosophi suadent, nam terrea sint, inquiunt quæ hypogea & ter ræ cauernas inhabitant, ut uermes sunt, talpæa & lumbrici, Aquea uerò pisces, aerea aues, & ignea quæ ignem colunt, uelut Salamãdra, et quę igneo calore æstuant ut leo, columba & struthio, quem ferrũ frigidum & du rissimum in corporis sui nutrimen tum digerere, & stomachũ suum ferro ignito non ob lædi dicũt. Sic animaliũ ossa terrã referunt, carnes aërẽ, spiritus

Lapides aërei. lapides ignei.

Animalia terrea.

Animalia ignea.

Struthio ferrum decoquit.

uitalis ignem, & aquam humores, qui similiter elementares sic habentur ut holera nigra terram, sanguis aerem, holera rubra ignem & pituita aquam. His diuus Augustinus animam consortem prædicat. Nā terræ sensum adscribit, rationem aeri, intellectū igni, imaginationem aquæ. Quibus humoribus dispartiuntur quoque sensus in elementa. Tactus enim terreus habetur, crassiora sibi corpora adsciscens, Auditus aerius, nam aere percusso fit sonus, uisus igneus, dū ex oculis quādoque ignem scintillare apertissime notamus, sed gustus olfactusque aquam, sine qua nec odor neque sapor fieri potest. In hanc item aream artus currunt hominū, & operationes. tardus enim motus & solidus à terra signatur, quae inertiam & remissum opus facit, alacritates & amicabiles mores ab aquae in fluxu emergunt. Aer impetum affert, & iraecundiam ignis, Sic ergo elementa omnium esse prima, & omnia ex illis & secundum illa uires suas elementares

Augustin.

Sensuum partitio.

Artuum differentia.

Elemēta rerum omnium prima.

mentares in omnia diffundere liquido patet.

VRBANE PACTVM A CLAVDIO *imperatore de scypho surrepto à T. Iunio in conuiuio.*

Caput decimumsextum.

Lepide factum ac per urbane traditur à Claudio imperatore cum T. Iunio uiro prætorio in conuiuio celebri, in quo cum plures (ut fit) primæ nobilitatis conuenissent, ac singulis uasa Corinthia uel myrrhina apponerentur quo nihil ad elegantiam conuiuij posset desiderari. Inibi T. Iunius qui & prætor & legionis præpositus fuit, sumpta occasione aureum scyphum egregij operis, suffuratus est. Quod cum in ratione colligenda imperator Claudius deprehenderet, per elegandi commento hominis furtum putauit detegendum, parato enim mox alio conuiuio, ijdem ac censuntur qui ad imperatoris dapes pridie conuenerant, Et cum singulis uasa eadem gemmea & preciosa in

qui tamen per cuniculos & cauernas euaserit, subterraneos secutus aditus, unde iterum captus sit, & custodibus somno sopitis lora cum flagellis exussent, aufugiens. Et sic tertio captus & dissectus sit, ut hominē interius quoque inspicere possent, qui eum corde hirsuto fuisse notauerint. Atque ex eo hunc tam uirilem, astutum, & audacia præditum fuisse censuerint. In Paphlagonia perdices bicordes Theophrastus, Plinius, & Gellius scribunt, qui eas quoque minus timidas seu meticulosas opinantur, in extispicijs corrigorosum stolidi animantis interpretantur, prægrande pauidi, sicut in ceruis uidere liceat, paruum animosi seu audacis, quod canes ostendat, Aristotelis suffragio.

Perdices bicordes.

Cor ingerosum quid.

QVOD SIT GRAVISSIMVM *scelus auaritiæ crimen, ex epistola Cassij, & alia ex Salustio.*

Caput decimum octauum.

QVam multa & quam uaria scripta sint à ueteribus contra auaritiam palā est, cū omnes pro-

peauthores magnis quidem cōuicijs, insectationibusq; tantum scelus execrati sint. Sed Auidij Cassij uerba ex eius epistola repetenda uidentur, quoniam si hoc malum priuato homini indignum est, certe in principe nephandum, atq; mulctādum. Sic igitur Auidius Cassius ad generum suum. Miseram rempublicam atq; infœlicem, quæ nimis diuites diuiciarumq; cupidos patitur, itaq; M. Antonius imperator, uir & moribus & rebus gestis clarissimus, nihil in tota uita magis timuit, atq; depræcatus est quam auaritiæ famam sicut relatum est à Iulio Capitolino. Nam quantum à tali crimine abesset, testes optimi sunt eius epistolæ. Vero autem uerius est quod à Crispo Salustio fertur in hunc modū Belua, fera, immanis, intolleranda est auaritia. Quo se uertit, oppida, agros, prophana atq; domos uastat, diuina cum humanis permiscet, neq; exercitus, neq; mœnia obstant, quo minus in sua penetret, fama, pudicitia, liberis patria atq; parētib., cunctos mortales spoliat,

Auaritia bona est.

ſpoliat, Ea hanc ob rationem adpo pienda duxi, ut quisque facile intelli gat quid ſpei collocandum ſit in eos qui aurum ac diuitias congerendas ſtatuunt.

NATVRAM PERSAEPE ME- dicum, etiam quamuis eruditum, ſuam induſtria excellere.

Caput decimum nonum.

Contigiſſe uidimus ut ſyncerus quidam noſter amicus morbo trucidaretur quem Græci κεφαλαργίαν uocāt, ſic ut oculorum perſen tiſceret caliginem, & mentem ferme alienatam, cum uomitu, & ſuppreſ ſa uoce, corpore ad animi pene deli quium algente. Qui cum de ſalute ſua actum eſſe ſuſpicabatur, nullis om nino remedijs conferentibus, morbo ſine intermiſsione uigorante, paucis diebus naturæ uim & artem auxilian tem paulatim exercere ſenſit, quę per ſiniſtram narem uermem palmo lon giorem eiecit & ſic bonus homo libe ratus quieuit. Ita ſæpenumero uſu ue nire Auſonius pulchre oſtendit dicēs.

κεφαλαργία: (margin)

Vermis per narem eiectus. (margin)

Non est in medico semper releuetur ut æger. Interdum docta plus ualet arte malum.

FORTVITO CASV ET *præter spem morbos mirabiliter curari posse.*

Caput uigesimum.

MOrbis fortuna & casu interdum mederi posse, per mulierem quandam Beneuenius Florentinus medicus et philosophus excellens, clarè ostendit. Dicit enim mulierem se uidisse, aqua intercutem adeo laborantem, ut nulla ei spes de salute superesset. Hanc inquit spiritu quodam exotico eò impulsam, ut eminenti quodam de loco sese præcipitaret in terram, ubi læso utero ad lapidem, dissectoque, ita prorsus omnis effusus sit humor, ut quæ infantulum octimestrem gestasse uidebatur, eni xam credidisses. Sed nec multo post aut tempore, aut labore, idoneis ad hãc rem adhibitis præsidijs, sanitati penitus restitutam, idem Beneuenius attestatus este.

Mulier ad hydropi filiberata.

PHILOLOGIÆ LIBER SECVNDVS.

AB ERVDITIS ET SAPIENTIBUS plerunque, fatuos & dementes progigni, et unde hoc ueniat, Caput primum.

Emosthenes à uiris egregijs & multum sapientibus, quasi fato sic prouisum sit, semper ferme proficisci pueros fatuos attestatus est. Quem ex tripode locutum esse Aristarchus Alexandrinus uir multiplici & singulari eruditionem praeditus, ac ferme omnium tunc temporis poetarum censor grauissimus, & Philometoris regis filij praeceptor, probat. Is enim duos filios habuit Aristarchum & Aristagorã utrumque uelut Suidæ collectanea habẽt, fatuũ & dementem. Habemus tamen huius rei testem multò grauiorem Aeliũ Spartianum ad imperatorem Diocletianũ scribentem, in hęc uerba: Equidẽ cõstat, inquit, Auguste, neminem pro

sapientibus fatuos quod gigni.

Spartianus ad Diocletianum.

pe

pe magnorū uirorū optimum & utile filium reliquisse, Denique aut sine liberis uiri interierunt aut tales habuerunt plærique ut melius fuerit rebus humanis, sine posteritate discedere, Et ordiamur à Romulo qui nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius quod utile posset esse reipublicæ. Quid Camillus, cum sui similes habuit liberos: Quid Scipio? Quid Catones qui magni fuerunt, iam uero de Homero, Demosthene, Vergilio, Crispo, Terentio, Plauto cæterisque aliis dicam. Quid de Cæsare? Quid de Tullio? cui soli melius fuerat liberos, non habuisse? Quid de Augusto qui nec adoptiuum filium bonum habuit? cum illi eligendi fuisset potestas ex omnibus. Sed ad genitos ueniamus, Quid Marco fuisset Felicius si commodum non reliquisset heredem? Quid Seuero Septimio, si Basianum non genuisset? Hæc Spartianus. haud temere ergo quæsitum est à Philosophis qua ratione id eueniat: Nullus tamen est, quod sciam, qui rationem ostē

Romulus filios degeneres.

ostẽderit prę̨ter Aphrodisę̨um qui pulchrenodũ soluit, & cum auctario, declarat enim non solum cur prudentes fatuos & nanos progignant. Sed etiam cur parentes fatui, prudentes & fortes filios edant, Dicens dementes & stolidi parentes dum in actu sunt uenereo, nimium adstringuuntur uoluptati, animamque corpori magnopere immersam habent, ex quo semẽ uirtutum, tam animalis quã naturalis potens redditur, & prudentes ualidique nascuntur filij. Sed prudentes quum opposito modo se habeant, opposito quoque modo progignant imprudentes & nanos, Nam coeundo mentem sparsam obtinent, & suspensam cogitantes quæ sunt extrinsecus necessaria, unde semen eorum defluit ambarum uirtutum defectuosum.

Cur stolidi parẽtes prudentes gignant.

Cur prudẽtes stolidos filios.

IN REGIONIBVS INVENIri aliquibus homines miraculosos & aspectum salte fascinantes.

Caput secundum.

SCribit. A. Gellius nono libro, cum è Græcia redijsset in Italiam se libros

bros carie situque obductos paruo ære, sed mira insperataq; utilitate prædictos emisse, atq; in illis legendo reperisse Scythas illos petitissimos, qui sub ipsis septentrionibus ætatem agũt, corporibus hominum uesci, eiusq; uictus alimento uitam ducere, & ἀνθρωποφάγους nominari, item esse homines sub eadẽ regione cœli, unũ oculũ habẽtes, in frontis medio qui appellãtur Arimaspe, qui facie fuisse κυκλώπας poetę ferũt. Alios itẽ esse homines apud eadẽ cœli plagã, singularis uelocitatis uestigia pedũ habentes retis porrecta, non ut cæterorum hominum prospectantia. Preterea traditum esse memoratumq; in ultima quadam terra, quæ Albania dicitur, gigni homines qui in pueritia canescant, & plus cernant oculis noctem quam inter diem. Item esse compertum & creditum Sauromatas qui ultra Boristhenem lõge colunt, cibum capere semper diebus tertijs, medio abstinere. Id etiam in ijsdem libris ostendimus scriptũ, quod postea quoque in libro Plinij se-

Antropapgi.

Homines ueloces.

Homines in pueritia canescẽtes.

Sauromatæ.

Homines Affricæ.

ptimo naturalis historiæ, esse quasdã in terra Africa familias, uoce & lingua exitiosè homines fascinantes, Et in Illirijs quæ uisu interimant, si quem diutius uiderint, geminas habeates oculorum pupillas, Item esse in montibus terræ Indiæ homines caninis capitibus & latratibus, eosque uesci auium, ferarumque uenatibus, atque item esse apud ultimas terras orientis alia miracula, homines qui Monomeri appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, uiuacissimæ pernicitatis, quosdam etiam esse nullis ceruicibus, oculos in humeris habentes, Iam uero hoc egreditur. (uerba sunt Plinij) omnem modum admirationis, quod ijdem illi scriptores gentem esse aiunt, ad extrema Indiæ, corporibus hirtis & auium ritu plumantibus, nullo cibatu uescentem, sed spiritu flatum naribus hausto uictitantem, pygmeos quoque haud longe ab ijs nasci, quorum qui longissimi sunt, nõ lõgiores esse, quã pedes duos & quadrantẽ. Gell. li. 9. ca. 4.

Homines caninis capite

Monomeri

Homines plumati.

pygmei.

DE

tarius conuiuia usant. Epydimodipnos qui rerum multarum curis astri cti nihilominus cœnæ cupiditate uocatoribus obtemperant, etiam si ad præscriptum adesse queāt minus. Colysidipnos qui inuitati tardiores ueniunt, & moram cœnaturis imponūt, & accubitum inhibent. Eiusdem mensæ participes cōuiuas uulgò dicimus & coniunctores. Hoc Cicero cōpranfores in Philippicis nominat, in nostris conuiuijs de istis nominibus plura tractauimus. *Colysidipni Cōuiuæ.* *Compransores.*

IN HERBIS REPERIRI SEXUS *discrimen, contra Aristotelis opinionem, de Appio plura quæ Plutarchi locum in Timæo declarant.*

Caput quartum.

IN herbis sexus reperiri discrimen dicimus, sed improprie quoniā mas est qui in aliquo generat, & fœmina in qua generari potest, quá ratione masculus & fœmina in herbis esse nō possent, nisi distinguantur appellatione quod quædam illis insint, masculorum proprietates & fœminarū. Nam *Mas quis fœm. quæ* *Herba cur masculina.*

quia masculus maioris est uirtutis ut plurimum quã fœmina, Ideo herba cui maior uis inest perficiendi suam operationem, adepta est masculi nomen, & cui minor fœminæ. Hæc uero scribimus ut Pliniana traditio amplius innotescat, contra Aristotelem primo de animalium generatione, Plinius sic habet libro decimo tertio, Arboribus imo potius omnibus terræ nascentibus, herbis & plantis utrumque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt, ubi Aristoteles marem à fœmina non separari in ijs docet, Sed Dioscorides sıluæ medicinalis libro secundo, Plinio calculum addit dicens. Anagallidis species duplex est, flore differẽs, quæ enim Cyaneum habet fœmina & quæ phœniceum masculus dicitur, Idem Plinius de Appio, distinguitur sexu appium Crisippo etenim attestante fœmina est crispioribus folijs & duris, crasso caule, sapore acri, feruido, Sed Dionisius marem nigriorem breuioris radicis, uermiculos gignere neutrum ad cibos

Plantæ utrũque sexum habent.

Anagallis. Appium.

cibos admittendum, imò nefas ait. Nam id defunctorũ epulis feralibus dicatũ, per hæc Plinij uerba Plutarchi quoque locus in Thimeo elucidatur, quando scribit milites aduersus Carthaginẽses eductos appium in uia reperisse, quod infaustũ auguriũ putauerũt, quoniã appij coronas sepulchris addere usurpatum sit. Ex quo prouerbij locũ emersisse arbitramur quod est, malam ualetudinẽ appio indigere

Appium funebris herba.

Appium augurium.

Coronæ ex appio.

Prouerb.

SPLENIVM QVID SIT ET *ob quam causam herbas etiam uenenosas in usu habeamus.*

Caput quintum.

LEgimus nuper a re medica quietiores in Plinij uigesimo nono libro, oculis cruore suffusis splenium supersuponendum ex melle decocto cum lana succida & oleo & uino madefacta, ubi quid Splenium esset mirabamur ualde, sed denuò in Pauli Æginetæ librum sextũ incidentes Spleniũ linteola coplicita esse intelleximus, quibus uulnera ulceraque teguntur. Æginet a sic habet secundũ autem manualem curationem

Splenium quid.

 lini

linimentum ficcum indentes, deinde splenium fuperaddentes. Galenus nō splenium, fed fplenas uocat. Huc corollarium fcite admodum iftud duximus adponendum. Herbas ueneno-fas ideo demonftratas, quoniā ea fit uitæ humanæ cōdicio ut mori plerūq; optimis portus fit. Id quod ex Varrone fcimus, qui Seruium Clodium equitem Romanum in magnitudine fui doloris (podagra enim laborauit) cura fua uenenofis halufculis per unxiffe fcribit, ut portum quietiorem attingeret, quem ceptum fefellit, nam fuperftes membra fecit anodina, hoc eft fine fenfu.

Mors portus uitæ humanæ.

QVID SIT STOMACHVS quidq; fignificet, quid ftomachari, ftomachabundus & ftomachum habere bonum. Caput fextum.

Stomachus paterfamilias.

Quia ftomachum corporis uniuerfi patremfamilias omnium medicorum fuffragio effe nouimus, fed fibi inprimis cōfulentem. Nam prius cibum pro fui nutrimento fumit, antequam ad alia membra quicquam

quicquam transmittat, dicemus inprimis quid sit stomachus. Est ergo stomachus Plinio scribente, fistula, per quam cibus in uentrem defertur quã Oesophagum quidam dicunt. Ast subinde pro lacuna seu uentre, hoc est ciborum receptaculo, sumitur: et pro animo quoq; ut Budæo placet, qui ex Ciceronis quadam epistola, secundo libro ad Cœlium id probat. Sic enim Cicero præfato loco: Nosti etenim stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, non solum in hominum insolentiam indignitate, sed etiam oculorum fastidium. Vbi metaphoram Budæus à stomacho ductam ait, quem facilè commoueri & turbari asserit. eo cibo à quo natura abhorret Item pro patientia, præscripto autore. attestante, quãdo Ciceronem allegat. Consuetudo (dicens) diuturna callũ iam obduxit stomacho meo, id est, ego iam ferre patienter ea destinaui. Similiter pro appetentia, uel ideò, quoniam naturalis appetitus in stomacho esse dicitur, rerum quæ animo

Stomachus Oesophagus.

Stomachus pro animo.

Pro patientia.

D 3 & gustui

& gustui faciunt, id quod etiamnum Plinius ostendit, in præfatione naturalis historiæ ubi stomachum appetitũ gloriæ nominat, sicut appetitum cibi dicimus, stomachari, displicentiã quidam nominant, A. Gellius decimo sexto libro stomachabundũ dixit, eum qui ad irã uehementior est & epigrãmatarius duodecimo libro bonũ habere stomachum pro tolleranter & æquo animo concoquere,

Stomachari

Stomachabundus.

Bonum habere stomachum quid.

MAGNAM IN HOMINIBUS *morum esse disparitatem, & unde hæc emergat.*

Caput septimum.

MAgnam in hominibus morum aut naturarum esse disparitatem uel cæcis compareat. Reperias enim natura quosdam timidos tardos, somnolentos, inertes, pigros, segnes & ignauos. Quosdam ab his uel disdiapason distãtes, animosos, strenuos, uigiles, industrios, cordatos, & excitatos. Alias item natura pios, religiosos, iustos, continentes, modestos & probos, & alios diametraliter repugnantes

Disparitas hominum.

gnantes irreligiosos, impios, iniustos auaros, procaces, incontinentes & inuerecundos. Istis quibus natura dextra comparuit ad res aggrediendas facilior aditus patet, & alijs quibus nouerca iniquior extitit, multo difficilior. Meuium & Paccuuium tantū olei insumpsisse lucubrando crediderim, quantum uel Homerus uel Vergilius, sed primis natura repulsam dedit, eosq; ignobiles esse uoluit, sequentes autem creta notauit, heroū istos albo inscribens. Vnde uero contingat eiusmodi dispareitas, Plotinus primò de prouidentia libidus ostendit causas, quarū primā inclinationē illam dicit, quā ante præsentē uitā anima recipit, quādo in corpus uergere desiderat, ut eiusdem consortiū habeat, hac tamen expūgimus, quia nostræ religioni oppugnat, quoniā ante uitā nullas esse animas credimus. Sed alterā probamus quod corpus uidelicet sic affectū animā infusam ad hæc uel alia trahat, seu inclinet, potius ut dissimiles in homini. reddant mores seu effectus. Non,

Natura quibus nouerca.

Vnde disparitas,

Regiones corpora a fferant. tamen negamus corpora quadoq; regionũ in se recipere impressiones aut uicia. Nam meridiana luce clarius est

Latini superciliosi. Latinos reg o is culpa superciliosos esse & elatos, Gallos leues & molles,

Galli leues. Hispanos iactabundos, Germanos

Germani bellaces. Martis & uini cupidis, Græcos men

Græci mendaces. daces, & Pœnos fœdifragos. Medici multum item referre dicunt, quo se

Pœni fœdifragi. mine quis sit progenitus, quo uentre sptus embrio, quibus horis natus infans, quib. cibis & exercitijs educatus, quibus cum alitus, quomodo discipli nis imbutus, & sub qua cœli parte nutritus. Ex Thaletis Milesij uer

Thales pro pter tria gratias. bis facile cuiq; patebit, nationes uarias, diuersos quoq; homines plantare. Se enim quam magnas Deo gratias habere, ꝓpter tria cõfessus est, primò, quia se hominem non bestiam crearit, hinc quod marem & non fœminã, ꝗ o stiemò Græcum & non Barbarum. In

Barbari obtusi. nuens Græcos natura magis aptos ad Philosophiam, propter cœli bonã temperiem: Barbaros autẽ ex aëris dissi pantia obtusos & philosophiæ mi nime

nime capaces, tantum corporis influxu in animam esse Platonici attestantur, ut uerissime homines pro corporum uarietate, uarijs etiam rebus oblectari, credant, dicentes eos qui de cœlesti substantia corpus habeant, de rerum figuris & cantibus, maxime diuinis, curam gerere, & qui ex igne, fumo & odoribus, inprimis sacrificiorũ gaudeant. Causã præfatæ disparitatis sacrarũ literarũ præsides etiã ostendũt, sed alia uia, primi siquidẽ parẽtis lapsũ obijciũt, qui cum tatus, omnes similes ad Dei unius imagine procreasset.

DE CARMANORVM MIRA in suspendendis capitibus consuetudine, & de eorum linguis esitandis.

Caput octauum.

INter alia quæ de Carmanis populis Strabo in sua geographia scribit, illud etiã uisum mihi est mirificum & dignum ut huc scribatur. Scribit igitur neminem apud Carmaniæ populos uxorem posse ducere, nisi caput alicuius occisi hostis ad ipsũ regẽ detulisset, Rex autem traneũ seu cal- Carmani crudeles.

 narias,

uarias, ut Cornelius Celsus appellat, in regia suspendi fecerit, lingua prius, è faucibus eruta, quam, minutatim incidi curauerit panibus permiscendã, ut hanc illi comedendã apponeret qui caput hostis occisi ad se detulisset, & aliis itẽ aulicis ac familiaribus qui in eius gratia fuerãt, Quin apud eosdẽ ille rex, eodẽ autore scribẽte, haberi soleat celebratior atque præclarior ad quẽ plura occisorũ cap. delata forẽt.

QVANTVM OPTIMIS PRAEceptoribus discipuli debeant ac de Alexandro piis fcula erga præceptorem suam Aristotelem.

Caput nonum.

Quantum discipuli honestis ac eruditis præceptoribus debeant, abunde quidem ueteres principes & Romani & Græci demõstrarunt, qui suos quidem præceptores non modo summa, & egregia obseruatione coluerũt, sed honoribus etiam maximis atque dignitatibus prosecuti sunt. Nã parentibus & diis ac præceptoribus (ut inquit Plato) uix Hercle pro mento illud uetus ἀντιπελαργεῖν obseruari potest, cum tanto muneri

Præceptoribus non æquiualens.

neri nulla satis gratia regeratur, Alexander autem Macedo Philippi filius, qui fœlicissime imperauit, cum Aristoteli suo præceptori ac Philosopho debere se ingenij eruditionẽ intelligeret, nõ semel quidem suũ animũ atq; obseruantiã præceptori aperuit, ratus suũ esse officiũ, ex iure ipso humanitatis tanto præceptori uicẽ aliquã optime de semeretẽti referre. Nõ enim Aristot. tantũ nomini cõdidit patriã ac tantæ rerũ claritati benignũ, ut inquit Plin. sept. li. animi testimoniũ miscuit, sed etiã naturę sacra & causas perquirenti opem maximã tulit, ne eã diligenti studio & honestissimæ disciplinæ sua deessent emolumenta. Sicuti quũ lib. illos quinquaginta de animalibus composuit, quoniam octoginta quidem talenta (ut inquit Athenæus) impensa in his sunt, in quo rex maximus aperte demonstrauit, nõ minus posteritatem cõmentarijs instruere, quã uniuersi orbis populos atque prouincias deuincere. Sed hoc totum C. Plin. declarat abũde, ad Cæsarem Vespasianum octauo naturalis histo

Alexander in Aristotelem.

Aristo. quinquaginta libros de animalibus.

riæ

tiæ libro in hunc modum, Alexander inquit, Magnus, cum esset inflammatus mira cupidine animalium naturas noscendi, commentationem hanc Aristoteli delegauit, summo in omni scientia uiro, tum aliquot millia hominum in totius Asiæ Græciæq; tractu parêre illi iussa sunt, eorum uidelicet quos uenatus, aucupia, piscatusq; alebant, quibusq; uiuaria, armenta, piscinæ auiaria in cura erât, ne quid usquā gentium à tanto posset ignorari. Hos enim omnes percontando, quinquaginta fermè uolumina illa preclara de animalibus condidit. Hæc Plinius de Alexandri studio & affectu erga præceptorem Aristotelem. Est tamen notandum in quibusdam reperiri cōmentarijs, tandem Alexandrum, mutato animo contra suum præceptorē eum capitali odio fuisse insectatum, quod uetum esse & illud admodum insinuat, quod Alexandri mors ex illo ueneno Stygiæ æquæ, non sine infamia Aristotelis, excogitata creditur.

Aristoteles ab Alex. odio prosequutus.

Con-

CONFERRE PEDEM AVT

capita quid sit, quemuis ferre iudicem quomodo intelligatur, Zigostatica fides. Iuratissimus testis, Iuratus iudex, præuderre, appoditorium, Fortunæ beneficiarij qui Logodædali, opsolodædali, Desultorius equus, Syllaturire & Phallaratisare quid.

Caput decimum.

COnferre pedem cum ueritate, Teste Budæo, ueritatem est accedere propius, Conferre capita Liuius undecimo ab urbe condita pro colloqui dixit, quemuis ferre iudicem Ciceroni in oratione pro Roscio cuiusuis iudicis est acquiescere sententiæ. Zigostaticam fidem Alciatus, fidem plenariam & examinatam ideo nominauit, quod Zigostica libra sit publice in ciuitatibus suspensa, testem iuratissimum Cicero Tusculanarum quæstionum fide dignissimum appellitat, quia testi quantumuis graui uix creditur, si non iuratus sit. Ita iuratus quoque iudex cuius decreto propter æquitatem standum sit, prælucere Suetonius in Augu

Cõferre pedem.

Cõferre capita.

Ferre iudicem.

Zigostatica fides.

Zigostica. quod.

Testis iuratus.

Prælucere quid. Augusto facem præferre dixit ad uiā illustrandam. Id quod Plinius libro uigesimo quarto, irradiare dixit, *Apodyterium quod.* Apodyterium latine spoliarium appellamus quale in thermis inuenit, gymnasijs, & fanis sacro sanctis, *Spoliarium Fortunæ beneficiarij.* fortunæ beneficiarios, fortunæ alumnos interpretatur Budæus, *Logodædali Opsodædali.* Logodædalos qui in sermonis concinnitate uerbis utuntur uermicularis, opsodedalos autem ferculorum distinctores, aut eos nominamus qui in cibis parandis nobiles sunt, *Apitius gulosus.* uelut Apitius fuit artis culinariæ seu popinariæ scriptor luculentissimis. *Desultorium quid.* Desultorium uero quod ab alio in aliud commutatur, ut equus desultorius quem Græci *Anphippus.* anphippum nominant e:n post ross. Cicero libro nono ad Atticum à Silla maximæ crudelitatis homine Syllaturire pro tyrannisare dixit, *Syllaturire Phalarati sare.* quemadmodum phallarisare à Phallaride dicimus eodem significatu.

Quid

QVID SCYTALA SIT laconica.

Caput undecimum.

Marcus Tullius in quadam ad Atticum epistola sic ait, Habes Scytalam laconicam, quae pro uerbi aliter dicto, significare uoluit epistolam breuissime scriptam, & occulto significatum obscuratam, finit Lacedemonij ueteres facere consueuerunt, qui occultare uolentes literas publice ad imperatores suos missas, ne ab hostibus exceptae, consilia sua indicarent, epistolas mirando commento mittebant. Namque lorum tenuissimum surculo teretí atque oblongo complicabant, et in eo loro literas per transuersas iuncturarum oras inscribebant, id lorum deinde exsurculo reuolutum imperatori suo mittebant, qui huius comodi conscius, surculo compari quem habebat, lorum consimiliter complicabat atque ita literae per ambitum eundem surculi coales centos rursum coibant, & ita integrum & incorruptam epistolam &

Scytala laconica.

Egregiũ la cedem. com mentum.

& facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Græce scytale laconice, hoc est scytala laconica nuncupabatur, autores sunt Gellius libro decimo sexto, cap. nono, et Plutarchus in Lysandro. Cum Cicero igitur exemplum epistolæ Marci Antonij ad se missæ inseruisset epistolæ ad Atticum, dixissetque que habes Scytalā laconicam, hoc est, epistolam breuita te laconica scriptam, & super rebus arcanis compositam, sicut Lacones componere consueuerant. Nos itidem cum significare uolumus furtiua scripta uel per notas composita, ut dictator Cæsar autore Suetonio facere consueuit) nominare possumus prouerbialiter, Scytalam Laconicam,

Lacones breuitati student.

QVIBVS MEDIIS DAEMOnes sublunares in fugam compellere queamus.

Caput duodecimum.

DE ijs dæmonibus anno sexagesimo tertio Isagogen in medium dedimus, qui sub lunari uersantur calimitio, ex qua patano eum hæc

san

ſanctorum patrum ſuffragijs acceden tib. ponimus, quomodo nempe inſu g m cõpellantur. Origenes ergo nihil certius eſſe ſcribit in libro ad Celſum, quam Ieſu Chriſti nuncupationem, Spectatum enim per ſe dicit cum ex hominũ anim s tũ co poribus quoq;, ſic innumeros pro ligatos. Diuus ait A h n ſi s in libro de ua ijs quæſtio n bus, præſentiſsimum aduerſus ma lo um dæmonum inſultus, remediũ, imum pſalm ſexa g ſimi ſeptimi te ſtatur. Exurgat Deus & diſsipentur inimici eius Cyprianus in libro quod Idola dij non ſint, dæmones per Deum uerũ in fugam a ſiurandos iubet. Quidam ignem, quia ſacratiſsimum elementum ſit & ſignum atq; uehicu lum ſuperioris ignis in hoc multum prodeſſe narrant. Vnde ſacrificijs ad mortuorũ ſarcophagos, lumina quoq; obſeruata cenſent, uel inde quod Pythagoras Deum nequaq; iam ſine accenſo lumine adorandũ ſtatuerit. Alij gladios in hoc intentum ſtringunt ex undecimo Odyſſeæ Homeri id ſumẽ-

Origenes cõtra uamo nes.

Athanaſius.

Cyprianus.

Lumina ſar cophagis. Pythagoræ placitum.

tię, clamyde patientię, cogitandumq́ꝫ suadet omnia quæ dęmon ad euerten dam nostram integritatem machinatur, in constantis casura gloriam & eius machinamenta, in hunc finē à Deo permissa, ut quā cōstanter aduersa perferre uelimus experiatur, ad hoc Hieremiæ dictum, dominus exercituum iusti probator est. Diuus Maximus in lib. de Charitate, dæmones infringendos et etiam interficiendos præcipit. Idq́ꝫ abunde satis fieri docet, quando cum pręceptorū Dei obseruatione, affectus qui in nobis ebulliunt, imminuimus, aut quando prorsus per affectuum carentiam totam calūniandi occasionem excludimus, cum propheta dicētes: uade homicida, dominus mecum est, bellator fortis, tu cades & deleberis apud me in ęternum. Olimpiadorus decimo capite, quādo scribit in Ecclesiasticam historiam, omnes sensuum aditus occludendos censet, sic ut neque per oculorum illecebras, neque per aurium pruriginem, neque per petulantis linguæ petulan-

Hieremias.

Olimpiadorus.

tiam dæmon admittatur. Hoc enim si gnaculum contra dæmones absolutissimum habeatur. Quidam duobus armis in pugnam progrediendum monent, præcatione quidem quæ in cœlum subducat affectus, & scietia uera quæ salutaribus opinionibus communiat intellectum, & suggerat quid sit orandum, ut ardenter oremus iuxta Iacobum non hæsitanter. In Esaiæ prophetæ & diui Pauli armarijs reperiuntur similia, Esaiæ quinquagesimo nono, Ad Ephesios sexto, & Thessalonicenses quinto.

QVIS ROMANIS DIERVM
ciuilis dictus fuerit, qualis eiusdem diuisio, Crepero quid, crepusci, creperum ora-culum crepera bella & die crepiti senes quid.
Caput decimum tertium.

Dies ciuilis Dies ciuilis, Romanorum calculo à media nocte incipiebat, sese cōtinuans in alteram mediam no-*Mediæ noctis inclinatio* ctem. Et huius dieī tēpus primū, etiam in hunc usq; diem mediæ noctis dicli-*Gallicinium.* cur inclinatio, secundum gallicinium, tertium

tertiũ cõticiniuum, cũ & Galli et homines quiescũt, hinc diluculũ cũ cognosci incipit dies, post mane, quãdo dies clarus est. Mane quidem quod ab inferiorib. locis, id est à manib. lucis exordiũ emergat. Legibus duodecim tabularũ ortus tãtum & occasus dies nominabantur, post annos aũt adiectus est meridies. Nouissimũ diei tempus suprematem pestas uocat post quam uespera sequitur, à stella quam Græci hesperam, Plautus uesperuginem, Ennius uesperum, Virgilius hesperon appellat, inde crepusculum à crepero, quod dubiũ significat dictũ, tanq̃ lux dubia id horæ sit, incertumq́ existat id temporis noctis ne sit an diei. Inde crepusci nominati à Sabinis qui eo tempore erant nati. À Lucretio dictũ est creperũ bellũ, cuius anceps & dubius est euentus. Oracula quoq́ uocitarunt quasi ancipicia, ambagiosa, dubiosa. Hinc senes decrepitos dici quidam nominãt, quasi dubiæ sunt uitæ. Post crepusculũ id sequitur tempus, quod à luminibus accensis, prima fax dicitur

Conticiniũ *Diluculum* *Mane.* *Meridies.* *Suprema tẽpestas.* *Vespera.* *Phosphorus.* *Crepusculum.* *Crepusci.* *Creperum* *Crepera.* *Decrepiti senes.* *Crepusculũ id est prima fax.*

Concubiũ. dicitur, deinde concubia siue concubium, quod tunc omnes ferme cubant, alij ab eo quod sileretur id tempus silentium noctis appellauerunt, Silentium noctis. sicut Liuius. Nouissimo loco, intempesta nox dicta, ex eo quòd non habet idoneum tempus rebus gerẽdis, & eo tempore nil agi tempestiuũ est. Intempesta nox. Huius diuisiõis autores sunt M. Varro, Macrobius, Plinius, Cẽsorinus & A. Gellius. Sic ergo uiginti quatuor horis constitit, ut contineret, & lucem & tenebras.

SERIIS NON SEMPER hærendum.

Caput decimumquartum.

SErijs non semper incumbendum Hercules indicio est, qui labores quos subinde in certaminib. subibat, ludicris in Onphales Gynęcio Iouis ex Alcmena filius existens, pueris colludẽs. Hercules cũ Onphale lusit. Sic de Socrate quoq; Aelianus scribit, quem Alcibiades interdum Lamprocli, adhuc infanti coniocari reperit. Socrates cũ puero lusit. Agesilaus arundini insidens equitauit, cum filio suo etiã adhuc puello, quem cum quidam irrisisset, Agesilaus arundine equitauit.

fisset, tace inquit, cum tu pater euaseris, me imitaberis. Item Architas Tarentinus reipublicæ & philosophiæ deditus, maritus effectus seruis abundans quorũ liberis sua ocia in mensa, tũ alias colludendo, quã liberaliter cõdonauit, reges itẽ Parthorũ ne semp in arduis torpescerẽt, aliquãdo remissiores telorum cuspides, quæq; acuere solebant. Sic Aeropo Macedoniæ regi placuit, ut tẽporis aliquãdo sublevaret tædiũ, & à publicis tractandis liber, honestẽ frueretur ocio, abacos fabre fecit, uile et ridiculũ opus tanto regi. Mahometes Othomannus, qui Greciæ imperiũ euertit, cũ oratorũ postulata audiuisset, externarũ gẽtiũ cochlearia lignea affabre cælabat, aut in tabella aliquid effingebat. De Domitiano quoq; ridiculũ historiæ habent, qui in secreto muscas stilo configebat, ut à subditorũ tædiosis querelis modicum subleuaretur. Tacteam, Catonem qui pro tempore conchulas in littore congessit Caietano.

Architas cũ pueris iocatus.

Parthorum reges quandoq; ociosi.

Arepo Macedoniæ abacos fecit.

Othomannus coclearea fecit.

Domitianus muscas interemit.

Cato conchas congessit.

DE HEBRAEORVM AN-tiquorum Zelotypis.

Caput decimum quintum.

Hebraeorū adulteriæ.

ILla quoque memoranda hoc loco sunt quæ longo tēpore seruauerūt, cum adulterij suspectam habebant coniugem, ad sacerdotem enim eam ducebant, qui oblato iureiurando, membranam sacris uerbis conscriptam aqua lauabat, adeò ut facta uerba delerentur, cōspersaq; muliere pauimenti aut parietum templi puluere, præsente uiro, huiusmodi aquam ea portabat. Mira profecta res. Nam si adulterij crimine carebat, ualidior mulier abibat, quod si peccasset, hydropisi corripiebatur, uenterq; eius marcescebat. Et quia matrimonij incidimus aream, nunc ceu ab arbore ad fructum, ita à matrimonio ad liberos transibimus, scribentes quam seuerè apud Hebræos crimen non pulsati tantum, uerumetiam maledicti patris uindicabatur. Nam qui ita male de parentibus meriti essent, nisi prima parentum

Mulcta de dei eris miraculo,a.

Poena ingrato u parentum.

rum admonitione corrigerentur, furtarum supplicio mulctabantur, præscriptarum testis est iuratus Baptista Campofulgosius secundo libro.

DE SEPTEM MIRACVLIS,

totius mundi, & domo Cyri regis Medorum, ualde sumptuosa. De Alexandri Magni, ædibus multum propter inanes sumptus prodigiosis, & Catulo Romano qui capitolij tegulas inaurauit. Item de Popæa Neronis coniuge.

Caput decimum sextum.

SEptem deperditi atque frustranei sumptus opera, per uniuersum orbem celebrata, Cassiodorus scribit, quorum primum Ephesiæ Dianę cedrinis trabibus templum, fuit ab Herostrato aucupandæ gloriæ causa, in cendio datum. Alterum Mausolæ id est Mausoli regis Cariæ sepulchrũ, in aere sine appendiculo, nisi ferrem magnetum pendens, ab Arthemisia uxore fabricatum. Tertium Collossus Solis miræ altitudinis apud Rhodios. Quartum Iouis olimpici à Phidia simulachrũ, affabre ex ebore sculptũ

Scriptũ opera miraculosa mundi.

Templum Dianæ Ephesiæ.

Sepulchrũ Mausoli.

Collossi Solis.

Babylonis mœnia quantum Babylonis superba & alta mœnia, quæ Semiramis regina Ae-
Pyramides gypti ædificari fecit, sextum Pyrami-
Cyri domus des quoque Aegypti, & septimum Cyri regis Medorum miraculosa domus, quam Memnon arte multum sumptuosa illigatis auro lapidibus, extruxit, Cui nos æque superuacanei
Domus Alexandri sumptus domum Alexandri Magni, addimus. Hic enim ut magnus erum profusor extitit, in Babilone sibi thronum aureum fieri curauit, cui similis in toto orbe non reperiebatur. Erat enim duodecim cubitorum, ad quem per duodecim gradus aureos ascendebatur. Hinc duodecim erant statuæ aureæ, in quibus scripta erant nomina duodecim principum, sursum eminebat Alexandri sedes ex Smaragdo, cuius parietes undique ex Topasio fuerant ornati. Sed quia sumptuum proscribendorum hanc
Catulus capitolii aureis tegulis. incidimus mentionem, Cattulum Romanum huc quoque adscribere lubuit, qui Capitolium tegulis integi cu-

gi curauit aureis, & primus lectis aurum atque argentum adiecit, & Poppæam Neronis sumptuosam coniugem, quæ iumentis suis ex auro soleas parauit. Hæc & similia Gnido Viuricensis habet.

Poppæ luxus supereminentis.

IN ELLEBORI ALBI PRO

uomitu administratione diligenter curandum, ne temeritate medicus utatur, sicut Agyrtæ & Seplasiarij solent, qui oppidatim in magnam hominum perniciem obambulant.

Caput decimumseptimum.

Seplasiarios & Agyrtas oppidatim & bene & male habentibus indifferenter Elleborum administrare, nemo est qui nesciat: quali autem uitæ discrimine, semper fermè casus ostendit, & iam item ostendemus. Nam cum quidam medicæ artis imperitus, magis ueterinarius, quàm medicus, albo ueratro seu albo Elleboro uomitum ciere solitus, omne genus morbi tali præsidio se curaturum polliceretur, accidit forte ut in manus eius inciderit quidam, qui

Agyrtæ periculosi.

Impostor quidam ueratro curauit.

qui duobus annis stomachi uicio laborauerat, nec ullis unquam medicamentis sanari poterat, utpote quod cū suapre natura difficile est, difficilimū etiam redditur in corpore ægroto atque imbecillo, præsertim ubi licentiori quadam libertate utatur æger. Album igitur & huic ueratrum ex more exhibente illo, plurimum bilis ac pituitæ tum nigram quoque, & postremò sanguinem eiecit, quibus ita deductis, imbecillitas primò & quidem magna, tum sudor frigidus toto capite & thorace emanans, nouissime mors subsecuta est. Non igitur ignorare diligens medicus debet, huiusce modi medicamentum non semper ægris prodesse, sanis uero semper obesse. Nam ubi robustum corpus nactus fueris, & uentriculus sit potens, morbusq; longior ac difficilis ut, comicialis est, insania, aut pares istis, tunc albū ueratrum rite ac citra medici culpam exhiberi potest, non tamen nisi adhibendis adhibitis.

Sudor frigidus mortis signum.

Veratrum quoq; exhibendum.

Vnde

VNDE PRIMVS ANNVLOrum emerserit usus, & in quo digito ferendi sint annuli caput.

Caput decimum octauum.

MAcrobius annulorum inuentum Romanis adscribit, quorum usum saltem liberis concessum fuisse docet, cui Ganuensis monachus ritè hallucinatur diuerso modo. Dicit enim quondam Romanis lege fuisse cautum, ut qui flagitiũ penso non admodum graue patrasset ut pro flagitij tessera suspensam à collo gestaret simiam, ex ferro sculptam, nates non sine magno gestantium probro, sursum ad flagitiosi os uergentem. Tamen quum hæc multa ad plures deuenerit, etiam ad magnates, altera successerit lex, ut qui damnatus esset simia ablegata, ferreum annulum in sinistra gestaret. Quæ item lex post lõgam annorum seriem in ornamẽtum magis quã dedecus uersa in hoc uenerit, ut annulis surrogatis ferreis, aureos fecerint sumptuosos, amplius non flagitij sed honoris symbolum. Iosephus

Annulorum in uentores Romani.

Simia Flagitij symbolum.

Annulus ferreus.

phus tamen Gorionis filius, tertio antiquitatum Hebręis ascribit annulorum inuentum, eosq; Mosis tempore, qui annis quadringentis bellum Troianum, teste Eusebio praecessērit, extitisse asserit. Sed Marbodaeus Gallus in sua dactylsotheca Graecis offert, quoniam Prometheū, Epimethei fratrem Graecum fuisse scimus, & Iouis contemporaneum, quem autorem primum annuli cum gemma ex Cauca si rupe, in praefatione monet. In eo digito annulos gestandos docent Plinius libro trigesimo quinto cap. primo, Macrobius Satur. 7, cap. undecimo, & A. Gellius noct. Attic. libro decimo, cap. decimo, qui minimo proximus est sinistrae manus, à quo neruus promanat ad cor uitae initium.

Annulus hebraeorū inuentum.

Epimetheus Promethei frater.

Quo digito annulus ferend.

AVICENNAM CORDVbae principem in herba acetosa errasse.

Caput decimum nonum.

Auicennae error.

Sic habet Auicenna undecima tertium tractatum primo, cap. sexto, Medi-

Medicinæ cordiales calidæ sunt, Doronigi, muscus, ambra, seta, crocus, Ben quod est uelocis iuuamenti, garioffili, qui sunt mirabiles, xiloaloes, melissa, acetosa & semen eius, & folia citri, & folia indi. Hinc loco Marcus Gattinaria in libro de curis ægritudinum particularium, capite de tremore cordis, transuerso calamo signũ adponit, qui al oco pallgeato acetosam medicinis cordialibus calidis adscribit, quam nõ esse calidam, uel suo uel aliorum calculo nouimus. Scribit enim secundo canone, tractatu secundo, capite quinquagesimo quarto, hanc frigidam esse in primo & siccam in secundo, quod item Aegineta facit, ut alij. *Medicinæ calidæ.* *Acetosa frigida est.*

ETIAM BRVTIS QVANdoq; futurorum inesse sensum.
Caput uicesimum.

Etiam brutis quandoq; futurorũ inesse sensum, Aelianus Græcus autor docet, qui mures omnibus animalibus scientia priores esse scribit. Cum enim domum quam *Mures prudentes.*

quam inhabitant cōsenuisse & ruinō sam persentiscuat, relictis suis cauernulis aut habitationibus, pedibus quantum possunt contendere, aufugiunt, aliudque domicilium quærunt.

Rana Ægyptia. Simile de rana tradunt ægyptia, hæc enim si in amnem inciderit, ubi alumnū, subitó frustum demordet arundinis quod per obliquum in ore habens, fortiter retinet, ne à Varo deglutiri posit, dū arctionis rictus est, quæ ut istam cum arundine deuorare posit.

Formicæ. Eandem insidere naturam formicas, plinius & omnes qui naturarum uires tractant, aperté manifestant. Nam fame imminente mirū immodum prę fermentis in nidos suos laborant uel ut claré hoc Aianus indicat, dicens,

dum calor est & pulchra dies
formica laborat, ne pereat
cum nix uenerit al-
ta fame.

IN

IN VERA CVRA MORBI, CAVSAE COGNITIONEM esse necessariam, & causam trifariam diuidi, deque Aristotele ægrotante.

Caput primum.

DEO in re medica causam morbi necessariã Galenus & Auicenna probant, ut medico omni certaminis genere pugnandũ dicant, quò medendo, morbi causam inueniat, dum ea neglecta male affectus quoque negligatur. Est autem uera cura præfato Galeno teste, aliud nihil q̃ causæ ablegatio, quam si quis nesciuerit præpostere curare non est dubium, Id equidem plus sciuit Aristoteles. Nam cum morbo tentaretur grauiter, & medicus ei præceptum aliquod iniunxisset obseruandum, ne, inquit, me cures, uel ut bubulcum uel ut fossorem, sed prius causam edissere, sic enim facili persuasione me morigerũ

Causa morbi cognoscenda.

Aristoteles ægrotans.

F reddi-

teddideris. Erat hęc admonitio philosopho digna: siquidem aūt causæ ostendimus necessitatem, qualiter hęc trifariam diuidatur, quoque explanemus. In primis ergo causa est quæ primitiua dicitur, quòd alias præcedat, à Galeno libro primo, de differentijs febrium acathartica (quasi ꝓcul à cathartico, cū ad sui exstirpationem nō requiratur catharticum, seu expurgatiuum pharmacum) nominata, pendens extra corporis substantiam, ex parte corporum extrinsecorum, sicut casus est, permissio, solis ardor, cibus calidus, aut frigidus, aut ex parte animæ, quæ aliud quoque est à corpore, sicut accidit per iram, timorem, & similia. Antecedens, quòd antequam morbus incipiat, res corporales, hoc est commixtiones, humores, aut spiritus inhabitum cōtra naturā disponat. Cōiuncta uerò que sine medio affectui coniungitur, & est causa corporalis, quę immediate causat ægritudinē. De his in nostro medicinę introductoria uberius mētio facta est.

Causa primitiua quæ. *Acathartica causa quæ.* *Causa antecedens.* *Causa coniuncta.*

V.N.

VNDE PROVERBIVM emerserit, æger dum spirat sperat. Et de Prometheo atque Epimetheo paucula.

Caput secundum.

FVit Prometheus filius Iapeti regis Thessaliæ, ex Asia puella à qua tertia pars orbis nominata est, hunc fabulatur Hesiodus auxilio Mineruæ cœlum ascendisse, & ferula ad currum Solis adposita, ignē surripuisse, & in terras detulisse, ut simulachra quæ ex limo finxerat, inde animaret, propter quod dij irati, Pandoram uirginem quæ interpretatur, omnium deorum dona ferens, cum uase omnium morborum generibus repleto miserunt ad Prometheum, eo nomine, ac si dij ipsum magno munere propter excellentem suam scientiam, qua homines faceret, & Iouem assequeretur, honestare uellent. Sed Prometheus fraudē præuidēs, ut qui prouidus ante factū interpretat̄, non

Prometheus quis.

Asia unde nominata.

recepit. Subdola autem dea, absente Prometheo rediit, fratri'que Epimetheo obtulit, qui uas accepit, stultusque aperuit, ut qui post factum sapiendum censeret. Vnde statim omnes morbi euolarunt, praeter spem, quae fundo uasis adhaesit. Quocirca fingitur quod nullum, quantum uis in extrema cõstitutum miseria, spes derelinquit, & prouerbio dicitur, aeger dum spirat sperat. Et Cicero ad Atticum, aegroto dum anima est, spes esse dicitur. Sequentes uersus Theocrati ex Graeco Philelphus, non eleganter uertit ad Battum. Fidere Batte decet, melius cras fortsan habebis, sperandum est uiuis, nec est spes nlla sepultis. Nunc pluit & claro nunc Iuppiter aethere fulget.

Aeger dum spirat sperat.

Battus ad Theocritū.

DAEDALVM QVID, TERRA cur Daedala, Pallas & Circe, quid ascia, & exasciatum opus.

Caput Tertium.

Daedalum quid.

DAEdalum id nominari, quod ingeniosum est, et uarium lucu lenter

lenter poetæ oſtendunt. Lucretius enim Dædalam terram dixit, quod omnia naturæ ui ſummo artificio producat. Dædalam Palladem Ennius, quod maxime Palladis antiſtites ingenio præſtent. Virgilius Circen Dædalam, quod ingenioſe ſuis amatoribus uarias inducat formas & habitus. Hinc nimirum quod Dædalus Athenienſis uariarum extiterit ualde ſubtilis inuentor. Labyrinthum enim in Creta fecit, & ſibi atque filio Icaro alas, & Aſciam quoque ferramentum fabricæ materianc habiles, qua interdum faber materiarius per incuriam ſua ipſius crura incidere ſolet. Hieronimus Aſciam eleganti uocabulo dolatarium nuncupat, à dolendo ſcilicet leuigandoq. Ab aſcia exaſciatum, opus dixit, Plautus pro perfectum expolitumq.

Dædala terra. *Dædala pallas.* *Dædala Circe.* *Dædalus quis.* *Aſcia quid.* *Exaſciatũ opus.*

VNDE PROVERBIVM *Aegyptus fraudis ſtabulum, Aegyptum ab Hebræis tenebras uocari, Aegyptum regionem eſſe callidam & fertilem. Aegyptum per ollam ſignificari feruidam, & cœli eſſe imaginem.*

Caput quartum.

Aegyptus fraudis stabulum

Aegyptus tenebrae.

AEgyptios fraudulentos admodũ esse patet, ut prouerbio passim dicatur, Aegyptũ fraudis esse stabulum: id quod etiã ex sacris hebræorum perdiscendum uenit literis; quando Aegyptũ tenebras nominãt; sed nacta occasione de Aegypto, obiter quoq; enarrãdum uidetur. Aegyptũ regionem admodum esse calidã, ut in hyeroglip hicis Aegyptus per ollam ardentẽ, corde super imposito significetur. Ex q̃ calore singula in ea regione nascentia fœcũdiora prouemant, etiã mulieres, quæ cõmuniter binos partus edant aut trinos: esto tamen eos fraudulentos, dici & tenebras. Quia aũt regio isthæc sacerdotũ & prophetarum qui rerum cœlestium archana docent tantam multitudinem obtinet Trismegistus, Aegyptum cœli imaginem dixit, et optimarum artium inuentricem. Et quia Aegyptus plura quã alia omnis regio mirabilia habet, & præter omne regionẽ exhibet, opa maiora relatu, ea quę Herò-

Aegyptus fertilis.

Aegyptus coeli imago.

Aegyptiorum præpostheri ritus

Herodotus in Euterpe sua scribit, nõ ꝑtereunda uidentͬ, scribit enim apud eos fœminas cauponari, & institorũ officio perfungi, uiros in suis ędib. texere, nere, et quouis lanificij ope uti, uiros capitibus onera portare, fœminas humeris baiulare, et stãtes min- gere, uiros aũt sedentes, domi uentrẽ exonerare, exterius in uijs cõedere, rationẽ addentes, licet turpe sit, tamẽ necessitatẽ nihil ꝓhibere, & ea quæ turpia nõ sunt, in propatulo fieri debere, & quæ turpia domi in occulto, Deorũ sacerdotes alibi conati sint, in Aegypto rasi, apud alios in funere proximi, ritum esse capita deglabrare, Aegyptios in funeribus crines nutrire, & barbam tondere. Apud cæteros mortales uictũ esse secretũ à ferarũ cõsortio, Aegyptios cũ feris uesci, Gręci literas scribunt, et calculis computant, à sinistro in dextram, Aegytij à dextra in sinistram. Virilia circumcidũt munditię gratia, pluris facientes se mundos esse, quam decores, uestem saltem lineã gestant, sacerdotes

Aegyptij stantes mingunt.

Aegyptij circumcisi.

papyraceos calceos lauantur, quotidie frigida interdiu ter, noctu bis. Hæc pro parte Herodotus.

QVOMODO PROVERBIVM intelligatur, ne musicam quidem nouit, & de Xenocrate quædam.

Caput quintum.

Ne musicã quidem nouit.

NE musicam quidem nouit Aristophanes, in equitibus prouerbij loco protulit, de eo qui sit omnino indoctus. Nam inter omnes cyclicas disciplinas primo loco musicam discebant, quã & Epaminõdas & alij nobiles summa industria sunt consectati, unde etiam mos ille institutus est, ut in conuiuijs post cœnam circumferetur lyra, cuius cum se imperitum Themistocles confessus esset, habitus est indoctior, ut Cicero in primo Tusculanarũ quæstionum, & Quintilianus in primo testantur. Xenocrates ad eũ qui ludum suum frequentare cupiebat, non Geometriæ nec Musicę studijs instructus es, abi ducebat. Nam ansas philosophiæ nondum attigisti.

Themistocles musicis ignarus.

Xenocrates ad musices imperitum.

NE-

NEMINEM SIBI NATVM esse, de philosophis Demonacte & Diogene paucula. Caput sextum.

PLato in epistola ad Architam Tarentinum neminem sibi natum esse, his uerbis ostendit: Et hæc te considerare uelim, neminem omnino nostrum sibi solum esse natū, sed ortus nostri partem sibi patriam uendicare, partem parētes, partem etiam amicos, quam sententiam & Cicero in sua Officia retulit. Atq; Dæmonax philosophus Cyprius adeo nobilitauit & ueram duxit, ut nulla non sui parte saltē uiuus utilis esset, sed mortuus quoq;. Nam ab auibus deuorari, aut bestijs sese non ægre ferre dixit, ut ex se pabulum haberent. Et Cynicus Diogenes pari modo, uelut Cicero de eo scribit primo Tusculanarum quæstionum, tali uerborum tenore, proijci se iussit Diogenes inhumatum, ubi amici cōtra uulturibus, ne aut feris? minimè inquit, sed bacillum prope me ponite, quo abigam.

Nemo sibi natus.

Parentibus nemo æqui ualens.

Diogenis torus.

Qui poteris illi? Non enim senties. Quid ergo ferarum laniatus oberit, nihil sentienti. A' me rapiant igitur, ut & mortuus prosim.

BARBITII QVAE RATIO, & alia multa de Barba.
Caput septimum.

Cur barba plantetur. Dignoscendam uel corporũ maturitatẽ, uel sexus discerniculũ, barbã plantari ceptũ esse, cõplures testantur. Vbi tamen barbã philosophis quoq; propriũ fuisse symbolũ nõ inficiamur, id ꝙ apud A. Gellium *Barba philosophorũ gestatum* Herodes Atticus in quendã crinitũ, palliatũ, & barba prope ad pubẽ porrecta, æs ad panes emendos, petentẽ, iocatur, ad eũ dicens barbã uideo & palliũ, philosophũ nõ uideo. Eadem recinit, per eadẽ Plutarchus lib. 1, symposiacωn, ut inquit, aut ꝓmissa barba aut detrita uestis philosophũ non facit, sic itidem nec linea uestis Isidis sacerdotes. Propterea inter epigrãmata hoc autore incerto legitur: Si barbæ silua hęc sapientẽ reddat, habebit, Cũ magno palmã sępe Platone caper. Di

stichon

ſtichō ſimile Thomas Morus habet,
uir aprimè doctus, Si promiſſa facit
ſapientē barba quid obſtat, Barbatus *Barba uiri*
poſſit quin caper eſſe Plato. Ex Peri *ornamen-*
andro barbā propriū uiri ornamentū *tum.*
eſſe nouimus, et tale quiddā, quod mini-
mo cōſtet impendio. Lucianus in Cy
nico conſentit dicens, ueteres exiſti-
maſſe barbā eſſe germanū uiri cultū,
quēadmodū in equis iuba et leonib.
Maximus Tyrius Platonicus, ſermo- *Tyrius ma*
ne 38, inter exquiſitiſsimā humani cor *ximus de*
poris cōpoſitionem barbę decora pti *barba.*
mo loco commemorat. Pauſanias in
Græcia Barbam uenerationis fuiſſe
ſymbolū inqt, atque in Achaia Mercu-
rio barbato ſtatuā à Simılo Meſſena
fuiſſe erectā. De Minerua ſcribit Ari
ſtoteles ſimilia, ex cuius barba creſcēte *Ex barba*
uel decreſcēte futura prędixerūt. Spar *futura præ-*
tianus hiſtoricus Hadrianū Impatorē *dixerunt.*
nemini, niſi barba plena ornato tribu *Hadrianus*
natū dediſſe fatetur. Liuius 1, decadis *barbatos*
quinto lib. Romanos Gallis urbe iā *amauit.*
capta propter barbæ maieſtatē huma
no habitu auguſtiores uiſos.

S A.

SACERDOTES ETIAM malos honorandos, ex Hieronimo & Chrysostomo.
Caput octauum.

Dignitas sacerdotũ celebranda. QVia hæc diui Hieronimi uerba de sacerdotum etiam malorum commodo, fructuosa admodum & insigniter memoratu digna uidentur, placuit ut ea quoque huc adscriberem. In hunc quippe finem, ut istis qui sacris imprudenter obsaniunt, per ea frenum includatur, ut in postetum hisce perlectis modestiores de hac re loquant. Hec sunt *Similitudo.* diui Hieronimi uerba, sicut lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur: ita bona doctrina per malum doctorem animos credentiũ lauat à sordibus peccatorum, & pro-*Malus sacerdos honorandus.* babiliter doctores afferunt, malum sacerdotẽ magis honorare, dum quàm uel optimum subditum, malus est sacerdos, sed uiam docet salutis. Nonne candela alijs, ne labatur lumen diffundens ipsa consumitur? & manus cruci in titulo affixa, qua tibi sit eundum

dum uiam commonstrat, nec tamen ipsa te ducit. Campana item ad Dei uerbum audiendū exuscitat, ad quod ipsa, ex turri nō descendit: Sacerdos tibi iter aperit, quo ad montem æternæ fœlicitatis scandendum est, quod si ipse præcedit nec sequitur, atque ita uixerit, ac si nulla sint & uirtutum premia, et uitiorum tormenta, nulliq; omnino inferi, nihil hoc, si sapis, te moueat. Quinimo cogita nullum esse, uel minimum apiculum, in scripturis sacris, qui non sit uerissimus, cœlum & terra pereant, nunquam certe peribit uerbum Dei, unquam ociosum erit. Quid si Deus ideo malos sacerdotes & ecclesiarum antistites uiuere patitur, ut uideamus non hominū, sed solius Dei manu tenētia ecclesiam sustitere Sed esto nulla canonum & sacrarum literarum comminatio, ab hac dilatrandi rabie te, quisquis fueris, qui os in cœlum ponis, deterreat, summa saltem sacerdotum in te merita linguæ tuæ frena imponant, Quis eras, ut primum

Cur Deus malos patiatur sacerdotes.

hium è materno utero in nudam humum uitā à fletu auspicans, prodijsti inops & nudus, omniū rerum præterquam infœlicis originalis maculæ uacuus, qua fiebat, ut Deo parenti tuo à quo paulò antè cum nihil esses creatus es, displiceres, hanc quis abstulit? non parentes non amici, sed sacro salutis presbyter, quis te rudem & famelicum, pane uitæ uerbo Dei pascit, ut æternam famem gehennam effugias? Sacerdos, quis te ex altissimo uitiorum baratro, in quo pedorem contraxisti extrahit, & pœnitentiæ medicina sanum reddit, & incolumem? Sacerdos, Quis te ex adamantinis uinculis, quibus conclamatum iā mancipium ligabaris, exemit? Sacerdos, Quis animā paralyticā corporis affectibus uelut ignauo grabato prorsus affixā, uitæ & pietatis officijs restituit? Quis tibi capitalib. plagis saucio, salutaris pœnitentiæ uinū, & consolationis oleū infudit? Sacerdos? Quis tibi uiaticū dat, ubi anima ex noto hospiciolo recessura, graue

mortis

mortis paulatim ingrassantis imperiū sentit, et perhorrescit, ubi grauiante corporis mœnia quatit, omniū terribilissimū, mors? Quis inquā in hoc discrimine suppetias tibi fert, et despe rabundū animat, aduersus omnes cacodæmonū machinas & insidias clypeo fidei cōmunit, defensat & uelut cœlo trāsmittit? Sacerdos. Eat igit in gratissimꝰ atro loliginis succo unctꝰ, et spiritualiū parentū unici in aduersis præsidij et persugij, famę labem offundat, atq; in eū contumeliosus sit, quo sine beatus fieri uix poterit. At parū fidei nobis habete, nisi Deū hoc ttelle intellexeritis, quid hęc Christi uerba possunt? Qui uos spernit, me spernit. Diuus Chrysostomꝰ inquit: ouis es, pastorem noli discutere, ne eius quoque criminis reus teneatis, quod illum accusare præsumis. *Chrysostomus de sacerdotib.*

EX PLATONIS TIMAEO

Gryphus soluitur, cur hic à rerum conditore sapiens creatus sit, subtilioris ingenij, alter uerò insipiens, & obtusi ingenij.

Caput nonum.

Noster oculus ad alta nihil

QVamuis Aristotelem dixisse nemo est qui neget, intellectũ nostrum in caussis abditis perstrutandis tantum posse, quantum nicticoratis oculus in lumine solis, nihilominus tamen hunc Gryphum, nonnihil tenebricosum, quantum datur, uentillare placet, & hoc ex Platonis Thimæo. Gryphus sic habet, qui fiat quod hic sapiens, subtilioris ingenij & moribus præstantioribus compareat, alter uerô simplex incedat, obtusi ingenij & uirtutibus inciuilibus. Ad hæc igitur Plato loco præallegato sic dicit, si una anima intellectiua perfectius quicquam operetur, aut perfectius intelligat quâm alia, id non esse ratione sui, quoniam omnes sint perfectionis eiusdem essentialiter, sed ratione melioris dispositiõis corporis uel organi. Ast cur meliorem dispositionem corpus uel organum habere credatur, inde uenire asserit, quod anima antequam corpori infundatur, omnia intelligat, & omnia cognoscat, ut quæ cum omni scientia

Gryphi cuiusdam præallegato.

Cur meliorem dispositionem corpus.

ētia sit creata, & ex nulla re impedita, sed statim ac corporis mole grauetur, omnium quæ sciuerit obliuiscatur, & stellæ quæ huius corporis grauamini præsidet, naturā seu proprietatem imitetur. Quæ si benignior affulserit, corpus sapientius & ciuiliter reddat, si durior, corpus insipidius & agrestius.

PLINIVM ERRARE QVANdo pulsum formicantem certum interitus signum dixit.
Caput decimum.

Pulsum formicantem (quem Rhasis decimo ad Almanforem pulsu infantis nuper editi, similem tradit) certum ingruentis interitus signum confirmat Plinius libro secundo, capite septimo, contra uulgatem omnium medicorū assertionem: In subita enim uirtutis dissolutione uel propter multam sanguinis undecunque manantem, uel propter uentris effrenem profusionem, idem formicans contingit pulsus, & tamen citra desperationem, quoniam ex con- *Pulsum formicans.*

G for-

Aromatica cōfortant. fortatione aromaticorū frequēter ad priorem regreditur statum patiens. Quod & Galenus libro sexto interiorū subnotare uidetur, quando mulierem suffocatione matricis laborantem se uidisse scribit, in qua nullum pulsus sentire potuerit uestigium, unde uitā eius saltem ex lanæ carminatæ oti adposito præsentire coactus est flocculo, quam denuo idem reualuisse attestatur.

CVR HESIODVS HIEME VIros ueneris appetentiores dixerit, & fœminas æstate.

Caput undecimum.

HEsiodus uiros esse hieme ueneris appetentiores & mulieres æstate non citra rationem dixit, *Mulieres æstate salaciores.* philosophus enim scitissime causam problematum quarta sectione ostendit, dicens quia hoc tempore, hoc est hieme à uirga testes minimè sunt elongati, et minus deorsum resideant, unde uirtus magis uniatur, & instrumenta ad spermatis eiectionem perfectius habilia disponantur, quàm æstate

ſtate, quando ui ſolis & æſtus hæc membra ſunt laxa, & ſpiritus per reſolutionem diminuti. Pręterea & hoc uiris addit hieme, ut coitus robur pręualeat, quia tunc in eis, qui à primo generationis principio calidi ſunt & ſicci, conſimilis complexio in mulieribus autem ſic habet. Siquidem in æſtate frigidum & humidum mulieris contemperatur calido & ſicco uiri. Vnde medium conſurgit aliquod, calidum quippe et humidum, quod maxime eſt ſpermatis generatiuum.

Aeſtas calida & ſicca addit & auget calorem.

Calidum & humidum ſperma fit.

QVO EXPERIMENTO HAE *quæ uirgines ſe eſſe profitentur, an ueræ uirgines ſint, notari queant, ut ex Magia naturali Baptiſtæ portæ Neapolitani.*

Caput duodecimum.

LIceat ſerijs & iocos quoq; interponere, qui legentiū animos alacriores reddāt, & aures remiſsiōes nō nihil ꝑmulceāt. Expimentū ſic eſt, Gagadis lapidis (qui frequens eſt nobis, quo globulos effingim⁹ in co-

Gagados lapis ad quid.

rollis precarijs ad numerãdas, seu explẽdas preces rasura, uel ipsa pila tundat, & setaceo cribro transmissus, in tenuissimũ redigatur puluisculũ, inde ex aqua, uinóue hauriatur, si cit illicò lotium, & retinere nequit, corruptæ uirginitatis indicium, eamq; defloruisse prodit: si uiri non adhuc congressus, aut puerperium passa fuit, eam compescit, & arctius cohibendi datur facultas. Nec minus inualidẽ id manifestat, succinũ album, seu crystallum, quod electrum uocant, si in puluerem à ieiuno ex uino sorbeatur, nam si carnis maculam senserit, cõfestim mouet urinam. Idem suffitus operatur, si portulacę semen, uel personatæ folia, quam uocant nostrates lapatium, ardentibus prunis inspersa, ad suffimenta substituantur, & uirginitatis fumus proditor surgat, tunc infundibulo alióue instrumento patulo uuluæ ore sursum permeet, proijciet extemplo urinam & meiet, nec retinere ualet, si Veneream passa est labem: si Veneris ignara, fumum

Corruptæ uirginitatis indicium.

Electrũ uirginitatem prodit.

mum inuit recipit, urinam tenet, & urginitas depræhenditur. Si quis au tem ioci gratia non meiere solum, sed semen mulierem emittere uolet, hoc efficito: Agallochum, quod xiloaloe dicunt, ferretur, uel precidatur, eiusq; serraturam uiuis carbonibus affatim inspergito, ac peruri curato, recipiat fumum mulier, ac uuluæ meatus subiens, effluet semen laté, nec iniucun dum erit specimen. *Agallochũ est xiloaloe.*

ANIMI PERTVRBATIONES *non esse uoluntarias, sed naturales. Ex Augustino, & quædam de Aristippo.*

Caput decimumtertium.

FAcessant cornua Stoæ aut Stoicæ sectæ philosophi, qui sapientum uultus & fortium uirorum animos nulla ægritudine, nullaq; formidine obnubilari posse asserunt. Siquidem assertionem eorũ magis gloriosam esse, quàm ueram cuiuis facilè constat. Sit enim quisq; sapiens, ut uelit, & fortis item, ad fulminis tamen ictum inhorrescit, ad maris im-

petuosas procellas expauescit, & ad belli tormentosum impetum uultus colorẽ alterat, & tremiscit, diuiũ Augustinum harum testem nulla exceptione dignum æstimamus, qui sic scribit: Satis liquet perturbationes in hominibus naturales, & non uoluntarias esse, & motus quosdam inconsultos ui quadam naturali & ingenita inferre sese hominum animis. Nec fortes ex omni parte inueniri apathes, Aristippus Cirenaicus diuo Augustino potest esse exemplo, quẽ cũ olim Corinthũ nauigaret, ideo Aelianus nono lib. sic pertimuisse scribit, ut & uultum & omnem sui corporis habitum in aliũ mutarit, quia inter nauigandum mare emerserat undabundum, procellosum, et turbinibus ualde excitatum, ubi philosophum unius tenoris & ex tetragono etiã in aduersissimis semper stetisse decuisset.

Perturbationes non in nostra potestate

Nemo sine apathia. Aristippus perterrefactus.

DEFENDITVR PLINIVS QVI *uelut erroneus senes pestilentiam non sentire scripsit.*

Caput decimumquartum.

SEnes lue pestilẽtiali grassante mixtim cũ iuuenib. corripi diurnus euentus ostendit, taceã historiarũ testimonia satis iurata. Scribit enim tũ Liuius tũ Plutarchus quoq;, Furiũ Camillum longo senio, exactaq; ætate confectũ, hoc morbo perijsse. Sed ob hoc Plinium naturalis historiæ septimo lib. cap. 1, nõ à uero deuiasse arbitrandum censemus, quando scripsit senes pestilentiam non sentire, quoniam ita locutum arbitramur, ut intelligi uellet, id quod crebro & magna ex parte contingit.

Furius Camillus peste perijt.

Plinius defenditur.

QVID VERBVM SVBARE QVO *diuus Hieronimus secundo libro contra Iouianum usus est significet, & quem prouerbialiter subantem dicere poßimus.*

Caput decimumquintum.

APud diuum Hieronimũ libro secundo, contra Iouianum sic legitur. Restat ut Epicurum nostrũ subãtẽ in hortulis suis inter adolescẽtulas et mulierculas alloquamur, ubi subare (quãuis in codicib. Hiero-

 nimi

nimi quidam ſudantem perperam legant) antiquiſsimo uocabulo dicuntur ſues, cum libidinātur. Vnde quoque translatio facta eſt, in cætera animalia, ut docet Porphyrio: enarrans illud Horatianum: Iamque ſubando tenta cubilia tectaq; rumpit. Ex quo diuus Hieronymus uolens Iouinianum ſignificare in coitum, & libidines ruere, Epicurum, qui ſummum bonum in uoluptate ponit, prouerbialiter ſubantem appellauit. Nos quoq;, quū notare uolumus quempiam in cōſimilem rem pronū, haud quaquam minus adagij loco dicere poſſumus, Hic Epicurus ſubans eſt.

Subare dicūtur ſues.

Exponit Hieronimus.

Epicurus ſubās quid.

PER QVINQVE SENSVS QVAſi per quaſdam feneſtras uitiorum, ad animam eſſe introitum.

Caput decimumſextum.

Qvandoquidem diui Hieronimi paleſtram obiter incidimus, operæpræcium opinamur, eiuſdem ſcripta in medium adducere, quæ de quinq; ſenſibus libro ſecun-

secundo, sexto capite profert, quando dicit, non posse ante Metropolim & arcem mentis oppugnari, nisi per portas eius hostilis exercitus irruerit. Hostilem autem exercitum idem scribit perturbationes, quæ animam pergrauant aspectu, auditu, odoratu, sapore & tactu. Si etenim Circensib. delectetur quispiam, si Athletharum certamine, si mobilitate histrionem, si formis mulierum, splendore gemmarum, uestium decore, & metallorum fulgore, cæterisque huiuscemodi, per oculorum fenestras animæ capitur libertas: & impletur illud propheticum, Mors intrauit per fenestras ut stras. Rursum si auditus uario organorum cantu, et uocum flectionibus delenitur, & carmine poetarum & comediarum, mimorumque urbanitatib. & strophis, & quicquid per aures introiens uirilitatem mētis effœminat. Odoris autem suauitas & diuersa thymiamata, & amomū, Cyphi, Oenanthe, muscus, & peregrini muris pellicula, quę dissolutis, et amatoribus, ut ne-

Hostilis exercitus animæ.

Per oculos anima capitur.

Auditus.

Odor animam illaqueat.

Auiditas ciborum auaritia est.

mo negat, cōueniunt. Porrò ciborū auiditas quod auaritiæ mater sit, et animū quasi quibusdam compedibus degrauatū in terra retineat. Propter breuem gulæ uoluptatem terræ lustrantur & maria, & ut mulsum uinū preciosusq; cibus fauces nostras transeat totius uitę opera desudamus. Ta

Tactus uicinus insaniæ.

ctus autem alienorum corporū & fœminarum appetentior appetitus, uicinus insaniæ est. Ob hunc sensum cupimus, irascimur, gestimus, inuidemus, æmulamur, solliciti sumus, & expleta uoluptate, per quandam plenitudinem, rursus accendimur quærimusq; facere, quod cùm fecerimus, iterum pœniteamus. Igitur cum per has portas, quasi quidam perturbationum uinei ad arcem nostræ mentis intrauerint, ubi erit libertas? ubi fortitudo eius? ubi de Deo cogitatio? Maximè cum tactus depingat sibi etiam præteritas uoluptates, & recordatione uitiorum cogat animam compati, & quodammodo exercere quod non agit.

LIENIS MAGNITVDINE *ioci constare intemperantiam.*

Caput decimumseptimum.

PLinius & alij ioci intemperantiam lieuis magnitudine non citra rationẽ constare opinantur. Scribit enim Cordubensis princeps decima quinta tertij, Lienis uirtute ab hepate omnem melancholici humoris tũ naturalis tũ accidentalis uim, naturali quodã anfractu proijci. Vnde nimirũ sanguis prouenit benignus, clarus, lucidus & copiosus, quem esse risus causam naturæ rerum periti tradunt, quoniam inde spirituum multitudinem & claritatem animam exhilarãtium oriri compertissimum habemus. Sicut quoque in ijs qui meracius uinum moderate degustarunt, experimur. Rident enim frontem desulcantes frequenter, quod inde sanguinis quædam illis successerit bonitas, spirituumq́; decens colatorium Plinius libro undecimo capite trigesimoseptimo.

Ioci intemperãtia liene constat.

Sanguis lucidus causa ioci.

Moderate ebrij gaudent.

VN-

VNDE CERTAMEN GALlorum gallinaceorum origenem traxerit.

Caput decimumoctauum.

POst deuictos Persas, scribit Aelianus libro secundo, Athenienses legem posuisse, ut galli gallinacei quotannis uno die certamen in theatro inirent. Vnde uero initium seu occasionem sumpserit hæc lex, idem sic exponit. Cũ Themistocles ciuium exercitũ aduersus Barbaros educeret, gallos gallinaceos uidit pugnantes, neq; ille spectato, e seoscitatem eius pugnæ pbuit, sed tantũ exercitũ cohibens, inquit ad ipsos. Hi neque ꝑ patria, neq; ꝑ dijs familiarib. neq; uerò ꝑ auitis heroib. periculum subeunt, neq; ꝑ gloria, neq; pro libertate, neq; pro liberis, sed tantũ ne alter ab altero superetur, aut alter alteri cedat. Quibus uerbis Atheniensium animos confirmauit, & sic quidem, ut auium certamen illis incitamentum ad uirtutem foret, & in memoriam sempiternam apud eos duraret.

Lex de gallis gallinaceis.

Egregia spectatio.

CVR

CVR THIMOTHEVS CONO- nis filius, Platonis frugalitatem laudârit.

Caput decimumnonum.

THimotheus Cononis filius, dux Atheniensium, omissis oppiparis cœnis, & epulationibus imperatorijs assumptus, â Platone ad conuiuium Academicum, & frugali, musicaq; cœna exceptus; reuersus ad suos dixit: Qui cum Platone cœnât, etiam postero die bene habent. Exinde Thimotheus uituperauit cœnas splendidas & onerosas; quæ omne sequentis diei gaudiû & hilaritatem proscinderent atq; præriperent. *Platonis cœna frugalis.*

EPAMINVNDAE SENTENtia de huius uitæ miserijs.

Caput uigesimum.

LAudatur Epaminondæ dictum, qui cum tempore Lenctricæ cladis audisset, bonum quendam & fortissimum uirû occubuisse, O Hercules inquit, quod ocium uir hic nactus est, ocium enim mors est, uita negocium, uniuersa quippe uita nostra *Epaminondæ dictum.* *Mars ociû est, uita negocium.*

uelut

ut uelut turbulentissimis tempestatibus hinc atque illinc perpetuo iacte-tur. Quid aliud est in hoc mortali cœno quàm factiones? quàm seditiones? quàm discordiæ? quàm bella? quàm incendia? quàm deuastationes? quàm cædes? quid in hoc uitæ salo, & mentis, & corporis fluctus non patimur? quàm miserabilis humana conditio? quàm ridendi cogitatus nostri? quàm stulta consilia? quàm uanitatis plena sunt omnia? Nihil est certi, nihil constantis, nihil diuturni. Omnis spes nostra inanis est, omne uotum frustra. Hæc Guillo Bituricensis.

Vita huma na misera.

FINIS LIBRI TERTII.

ONOMATOΛOΓOΣ ID EST NOMENCLATOR MONTIVM, SILVARUM, *fontium, lacuum, fluminum, stagnorum & marium, admiratione inprimis dignorum ex optimis quibusque autoribus per Georgium pictorium Villinganum Doctorem medicum, iam primum in lucem publicatus.*

DE MONTIBVS CAPUT *primum.*

ATLAS, uetustissima fama celeberrimus mons est Mauritaniæ, ob suam immensam altitudinem columna cœli nominatus. Ab ea parte qua spectat oceanum, squalidus: qua Affricam, nemorosus: fontibus & fluminibus irriguus. omnium generum fructuum abundantissimus. Eius supremum culmen asserunt semper esse niuosum. Inferiores partes à serpentibus, Elephantibus & brutis maxime infestari. In eo per diem tantam esse taciturnitatem & silentium narrant,

ut non absq́ diuinitatis occulta suspicione audeatur. Nocte uerò ad instar cæli crebris lucere luminibus, & resonare cantibus & tinnitibus cymbalorum, tibiarum, fistularum, & tympanorum fama habet. Hunc nonnulli Telamonem uocant.

ACROCERAVNEI, montes sunt Magnesiæ altissimi, uel ut quidam dicunt, montes sunt inter Armeniam & Hiberniam, sic dicti, quod fulminibus sepissime infestentur. Vnde quoque flammas euomere dicuntur.

ATO, inter altissimos totius orbis montes altissimus Macedoniæ mons est, in uertice summo arcem tenet. Acraothon cuius incolæ dimidio plus quam cæteri homines, Solino teste, uiuunt.

BEBLVS, mons est campaniæ ignem, uelut Ethna & flammas exspuens.

BETIS, in Armenia mons est, in cuius uertice propter excellentem altitudinem arbitrati sunt ueteres, mul

tos

tos tempore diluuij saluatos, nec desunt qui dicant ibidem archam appulisse Noe, & diu post ostensam ab incolis.

CONATVS, citerioris Hispaniæ mons est excelsus, cuius, ut aiut, in uertice lacus profunditatis inperscrutabilis habetur, colore niger. De eo miranda referuntur ab incolis. Dicunt enim si quis lapidem aut aliquid durum in eum proiecerit, confestim tempestatem oriri, eiusque in abdito specu palatium esse dæmonibus.

CARMELVS, Phœnicum mōs, oleis, arbustis, uinetisq; conspicuus, harenas trahens ad uitrum cristalli instar conficiendum habiles.

CASIVS, mons est Syriæ, haud longe ab Antiochia. In eo narrant, quarta noctis uigilia in orientem Solis globum ingentem uideri per tenebras: & sic paruo corporis flexu surgētem: Solem inde profundissimam noctem.

CHIMERA, mons est Ciliciæ apud Phaselitas Carinam à Lycia di-

ſcriminis. Cuius ſummitates perpetuis flagrant flammis, quæ augentur aqua ſuperinfuſa, Terra uerò iniecta aut fimo extinguntur.

CINTHIVS, mons eſt in Delo, famoſus Apollinis natiuitate. Huius tam grandem magnitudinē perhibēt in umbra ſua, ut Aegei maris ambitum totū integat.

CLIMAX, Aethiopiæ mons eſt, ſecus rubrum mare, in quo fœminæ prolixis barbis inhabitāt, uenationibus habiles, quæ Pardis & tygribus pro nauibus utuntur.

COPHANTVS, Bactrianorum mons eſt, nocte flammas è uertice eijciens.

COREB mons eſt regionis, Madian iuxta ſinum Arabiæ, hic in ſacris habetur, ob crebram ſummi Dei apparitionem.

CORITVS, Cyliciæ mons eſt, inſigni ſpecu memorandus, qui in ſummo montis uertice amplo ſatis hiatu patet, & in profundum demiſſus, quanto magis demittitur, tanto am-

amplior efficitur, & lucis clarior, intuentib. sic admirabilis, ut mentes admiratione consternat. Sed primo accedētes cymbalorū sonus ualde perterret, qui progressu euanescit.

DOLOROSVS, Scotiæ mons est, horribili lamentantium stridore terrificus.

DODONA, mons est Chaoniæ, in quo & Syluanus eiusdē nominis: in qua quercus uidenf, ex quib. colū bæ quęrentibus responsa proferunt.

ERIX, Siciliæ mons est, cuius in summitate Ericinę Veneris templum fuit, in quo ab Aenea Anchises tumulatus est.

EPOPON, mons pyrecusarum est, in sinu Capano, ex quo cū flammæ emicuissent, in processu, campestri solo æquatus est.

ERMON, mons Amorrœorum ultra Iordanē fluuiū, cacumen huius tanti est frigoris, ut ex eo Tyrio flagrā- teastro ad nobilium delitias glacies deferatur, & niues.

ETHNA, mons in medio Siciliæ

 est,

est, orbi toti fama celeberrimus, ignem euomens globatim.

HEPHAESTIAE, montes in Lycia, tæda flammāte tacti flagrant, adeò ut lapides quoq; in ipsis aquis ardeant, alitur'que ignis ille pluuijs.

IDA, mons est Phrigiæ, non procul ab Ilione, & Helles pontiaco, supereminens mari, in quo solem Orientem longe aliter quàm in alijs terris conspici habet fama. Nam in huius apice, à medio noctis passim ignes emicant plurimi, qui noctem in diem eunte in unam coeunt flammam, & denuò globus emergit rotundus, qui Sol est, recens se manifestans.

IMMETVS, mons est inter cæteros Atticæ regionis montes pulchritudinis principatum obtinens. Nam floribus nitet, Timo abundat, & optimo melle. In eo nascitur Carsia herba, quam mulieres, ut ardentius appetantur à uiris, brachijs alligare consueuerunt.

IN-

INNARIMES, mons insulæ Prochytæ, hic quia à perpetuo igne interius consumptus erat, denuò terræmotu aduentante in mare cecidit, & aliam, iterũ in cumulum exaggeratus, insulam fecit.

ISAMVS, mons est Pœnum ab India seperans, in quo nascuntur animalia Menopen nominata, boui similia, quibus prægrandes comæ à collo pendent, & usq; in oculos à ceruice.

HADEGRIN, Noruegiæ mons ad meridionalem plagam, clara luce dæmones in aereo corpore ostendens.

HORRISONVS, Thuringię mõs, Siluanos alit, & Satyros qui per noctem tumultuantur.

HECHELBERG, mons est Noruegiæ omnium formidulosissimus. Quoniam inferni speciem præsefert, quando ex eo eiulantium lachrimabiles uoces & clamores audiuntur, & fermè per totum miliare. Hunc circumuolant uultures & coruinigerrimi, perterrefaciendo accef

sum prohibentes. Duo exin fontes manant, unus intractabili frigiditate, alter intensissimo calore intollerabilis. Et cætera elementa longe excellentes.

HALESIVS mōs est, Mantineæ huius fortis, ut qui ingrederetur aqua aspersus, confestim amitteret usum, & in breui uiso amisso, animam efflaret.

LATERNVS, Cariæ mons, incolas ab scorpionis ictu sua natura defendit, & aduenas ea sorte priuat.

MAVL, mons est Britanniæ, in cuius radice lacus est, aquis suis adeo animalia fessa restaurans, ut nullo uideantur attrita labore.

MOLVS, mons est Mœoniç, qui prius Tmolus dicebatur, ex eo[?] facto sus effluit fluuius, aureas harenas trahens.

MVLO, mons est, in quo homines aueisis pedibus habitant, octo digitos in singulis pedibus habentes.

OLIMPVS, mons est altissimus Mace-

Macedoniæ, is quidem uerticem in cœlum adeo tollit, ut nubes cognoscatur argumento excedere. Nã characteribus literarũ uerticẽ signabant cinericijs incolę, ut anno sequenti redeũtes notarent, an cinis integer adhuc foret, ex quo ibi nec uentos efflasse, nec aues uolasse, prætertito anno senserunt, nec pluuias cecidisse, aut alteras fuisse mutationes.

OLYSIPPO, mons est Hispanię, is hoc memoratu dignum habet, ut equas in eo ex Fauonio concipere faciat, quem et equos uelocissimos reddere testantur incolæ.

OROMENVS, mõs apud Indos est natiui salis, in quo lapidicinarũ ritu sal effoditur. Vnde uectigal Indis maius emergit, quàm uel ex auro, argento, uel Margaritis.

PIERIA, Macedoniæ mõs est, cui maximũ auri pondus ab antiquis Imperatoribus impositum esse fama tenet, ob quam rem in imo quatuor locis apertus, aurum effoditur.

POLENE, mons Archadiæ est,

 circa

circa quem, Eusthatio teste, lapides reperiuntur, Asterius, Lychnitis, ignis flammam referens, & Selenites qui cum luna crescit & decrescit.

SMARAGDON, mons est Aethiopiæ, mari supereminens turbo, qui surgente sole flammas emittit, per horas quinque.

TAGER, mons est in hispania, Olispo propinquus, in quo equæ sunt, quę statuto anni tępore ex uento concipiunt Fauonio.

VESVVIVS, mons est Campaniæ, amœnissimis agris incolitur, excepto cacumine, quod magna ex parte planiciem habet, sed infructuosam & cinere scatentem, cauernosamque, præseferentē antra plena adustis lapidibus, ut facilis coniectura sit, ea loca quondam arsisse, sed defecisse flammas, statim ac materia ignis cessauit.

VRANIVS, mons est uersus Calcedonem siluis omnimodis, atque uersicoloribus uariatus floribus, ut ex eis uiatoribus & incolis plurimū odo-

odoris obueniat. Et quod longe maius est, in eo fontē olei afferunt, cedri ni corticis odorem referentem. Cui uolentem appropinquare nudum esse oportet. Ex quo si hauriatur, itersi crescit. Praeterea penes hunc olei fontem lapidem ingentis magnitudinis ortum dicunt, ut eum æstate flammā emittere, hieme autem ijs ex partibus unde exhalauerat ignis, aqueā fuliginem apparere, quæ frigidæ admodum sint, ut glaciem referant, idq; per æstatem & hiemem eueniat.

ZAPAORTENVS, mons in Parthia est, multum amœnus & natura loci adeò munitus, ut inexpugnabilis uideatur.

DE SYLVIS MIRAculosis.

ALBVNEA, Hetruscorum famosissima sylua fuit, in qua, etsi tetri odoris fons esset, non obstitit, quin ad eam omnis Italiæ multitudo, uetusto more decepta, pro responsis concurreret. Erat enim seu in

H 5 fon-

fonte, seu arboris trunco spiritus aliquis immundus, qui deceptis orantibus responsa daret ambigua.

ARISIA, Hetruscorum est sylua, penes quā, dum Valerius Publicola consul Romanorum, aduersus Hetruscos bellum pro Tarquinijs pulsis gerens, in aciē descensurus esset, reperit é sylua prodeuntem ingentem uocem, atque dicentem uno plus Hetrusci cadent. Quod post obtentam uictoriam à Valerio uerum fuisse, compertum est.

BACENIS, Germaniæ sylua est, infinitæ magnitudinis, Cheruscos diuidens à Sueuis, & quasi natiui muri loco, alternis eorū aduersus se incursionibus obstaculum est.

DODONA, Epiri sylua, in quam columbas de cœlo descendere fama tenet, & quercubus insidere, ut quærentibus responsa edant.

DE FONTIBVS
miraculosis.

ACI-

ACIDALVS, agri Venusini fons in Campania, ægris oculis mederi consuetus.

AGRIA, Pausania teste, in Lyceo Archadię mõte fons est, huius fortis, ut, si regionis siccitas frugum minitatur interitum, sacris peractis, & hostijs immolatis, cœlum in nubes condenset, & pluuias faciat.

AGNO, fons est in Liceo, q̃ quercus ramo nõ ita in profundũ demisso, per sacerdotem agitatus, uapores & caligine eijcit, quę mox in nubẽ coacta, Archadibus pluuiam præstat.

ALISSVS, iuxta Archadiã fons est, qui lauãtes in eo à rabiosi, si canis morsu liberat.

ALIACMON, Macedoniæ fons est, quem si pecora gustauerint candida, statim nigrescunt.

ATHAMAN, fons est, qui luna crescente, ligna mirifice accendere solet.

ANDRI, fons est, uino statis diebus scaturiens.

ARETHVSA, fons est Siciliæ,

quem

quem in quinquennio translocari fama habet.

AXIVS, quoque Macedoniæ fons est, cuius pecora nigra, candida facit.

ASMANICVS fons est, circa Tiana plurimum mirabilis. Nam, ut fertur, aquæ eius ex subterraneis meatibus frigidissimæ in fontem ueniunt, in quo illicò feruent, & ex astantibus incolis, his qui pro re aliqua recte iurauerunt, suauis potui & dulcis est, deierantibus uerò aduersa: eorum oculos, pedes, manusque ledens, hydropisim faciens, & depilationis turpitudinē. Nec est læsis abire possibile, donec periurium suum confiteantur, istis quorum in preiudicium deierarunt.

ARABIA, fontem habet, quem tanta ui exilire narrant, ut nullum non impactum respuat.

ARMENIAE, quidam fons est, qui pisces nigros alit, gustantibus mortiferos.

ASTYRA, fons est in Lesbo, aquam

quam nigram scaturiens.

BOETIAE, duo fontes uisuntur iuxta Trophonium flumen, quorum alter memoriam, alter obliuionem miro modo aufert.

CAMINON, fons est calidas aquas habens citra feruorem, quas si uino miscueris, triduo potionis calorem seruant.

GHARADVS, ex quo si animalia gustauerint, masculos pariunt.

CHII, fons in insula Chio, à qua denominatur, ex huius aqua, si quis potauerit, hebes efficitur.

CICONES, fontem habent qui potantibus uiscera saxea reddit, & res tactas in marmora mutat.

CRATIS, fons est Sibaris, capillos electro & auro similes tingens.

CLITORIVS, Oenophilos abstemios reddit.

CERO, oues ex se bibentes, si albicant, nigras facit.

CILITIAE fons, Theophrasto autore, oleo fluit.

CYRIZAE, fons Cupidinis uocatur, ex quo potantes, amplius amate Venerea nequeunt.

CICERONIS, fons haud longe à Puteolis, calidas euomens aquas, quæ ægris oculis plurimum conferunt.

CYRANEAE, fontem habent, cuius aquas si quis inspexerit, omnia quæ cupit intuetur.

CLANIVS, fons Câpaniæ apud Acerras, quem aiunt incolæ, cû ueneritpestem præsagire.

CLITVMNVS, Vmbriæ fons, qui maximos boues alit.

CRANEON, fons est, citta feruorem calidus, qui uino permixtus triduo suum calorem retinet ut Camil non, de quo supra dictum est.

DEBRIS, fons est apud Mangle, (quod est oppidum Garamâticum) miræ côditionis. Nâ eius aqua à meridiæ usque in mediam noctem feruentissimæ sunt : à media nocte uerò in meridiêm usque, econtra frigidissimæ.

GNIDIVS fons, in spacio octo dierum terram iniectam lapidescere facit.

EXAMBEVS, paruus fons est apud Callopodas, qui Scythę sunt, hic amaras adeò emittit aquas, ut Hypano fluuio Scytharum permixtę, totum fluuium, qui dulcis alias fuerat, amarissimum faciat.

IOB, fons in India est, qui, ut aiunt, colorem mutat quater in anno, in puluerulentum sanguineum, uiridem atque limpidum, ternis mensibus unumquemq; conseruans.

IOVIS, fons in Dodone, duplici de causa est mirabilis. Nam cum frigidus sit, si immergantur faces ardentes, illas more aliorũ extinguit, extinctas aũt iterũ accendit. Praeterea semper in meridie deficit, cum circa medium noctis exundet nimium.

IN PERPARENIS, fons est, qui quacunque irrigat lapidem, facit terram.

IN EVRIMENIS fons est, in quo coronę metallicę lapides fiunt.

HANNON, ad ortum solis calescit, ad Occasum frigescit.

HEBRYS, fons Aethiopiæ, bibentes Lymphatos reddit.

LERNEVS, fons Archadiæ est, cuius aquæ fieri abortum non permittunt.

LENA, fons est Corinthi, circa quam stant columnæ tempore æstiuo frigora efficientes.

LEBETHRIS, fons est iux.a coronam lacte fluens.

LEBEDON, fons est Euboeæ, in quo saxa in altitudinem crescunt.

LINCESTIVS, ebrios potantes reddit.

LINVS, Archadiæ fons est, impraegnatas ab infortunio partus defendens.

LEVCOGEI, fontes inter Puteolos & Neapolim, oculis & uulneribus medentur.

LYCOS, in Idia fons est, cuius aqua lucernam accendit.

MELLE, fons est in Esciqto, cuius

tus aquam si biberint oues albę, nigrescunt.

MOLVS, fons est in insula Delo, quem aiunt eodem tempore cum Nilo crescere & decrescere.

NONACRIS, Archadiæ fons est, qui propter frigus lapidescit.

NAVLOCHVS, Imbri est promontorium, ad Notũ uentũ tendẽs, cui fons adhæret animalium mascula eunuchos faciens, fœminea uero usq; adeo inebrians, ut soporem illis inducat.

NAXVS, fontem habet, ex quo dulce uinum fluit.

NEPTVNVS, fons fuit supra Anxurem, ex quo, qui biberant, occidebantur, unde destructus nunc cernitur.

SELEMNVS, fons, cuius aqua animantibus dicitur conferre ad amoris remedium.

PHOENEVS, Archadiæ fons, hic nocte potus nocet, die uero prodest.

PATENSIVM, littus templum,

plum habet Cereris, in quo fons est, qui ægrotantibus, uel salutem, uel mortem prædicere solet.

SIBARIS, bobus nigredinem inducit.

STIX, fons Arcadiæ, cuius aqua potantes interimit.

SACER fons, in Epiro frigidissimus est, & spectatæ diuersitatis. Nam si in eum ardentem facem demerseris extinguitur, & extinctas inflammat, dicitur & Iouis fons.

SORACTEN, Varro asserit fontē latitudine quatuor pedum, quem Sole oriēte exūdare feruētē similē dicit, aues q; ex eo gustantes necare.

SARSVLA, Narbonensis prouinciæ fons est, non dulcibus aquis defluens, sed salsioribus, quàm mare habet.

STALA fons est, in radicibus montis Syon, non iugibus aquis effluens, sed horis certis & diebus aliquibus ebullit.

SOLIS fons, in Cyrenaica regione est, in medio nemoris, quod Am-

Ammonius dicitur, qui habitâ conſiderâtione ad mutationes eiuſdem, mirabilis eſt, equidem ſole ſurgente aiunt emanâte aquas tepidas, meridie frigidas, die in ueſperam inclinan te tepeſieri, nocte autem intempeſta ferueſcere, & in tepiditatem redire denuò.

TVNGRI ciuitas Galliæ, fontem habet ferruginei ſaporis, qui corpôra purgat, tertianas tóllit, calculorum'que uitia emendat. Huius aqua igni admota turbida fit, & inpoſterum rubeſcit.

TARNARICI, Cantabriæ fontes, in augurio habentur.

THESSALA Tempe, fontem habent, in quo æs ac ferrum eroditur.

TESLATVS fons eſt, conceptus mulieribus præſtans.

TINA, fons eſt apud Colophoniam, qui potus, oracula reddere facit miranda.

ZAME fons eſt in Africa, ex cuius aqua, ſi quis biberit, canoram uocem aſſequitur.

ZEA insula, Varrone teste, fontem habet, qui hebetes facit.

DE LACVBVS.

ALBANVS, lacus est in Albano monte, haud longe ab urbe, ex quo uaticinia quandoque Romanis data sunt.

ALCE, lacus est, per Peucidanum in India, in quo omnia immersa fluitant, etiam lapidea.

AMSANTVS, lacus est apud Lucanos, ex quo tam letalis exhalat uapor, ut uolantes desuper aues necentur, eo suscepto.

ANAVS, lacus est in Asia, qui circumnascente absinthio inficitur.

ANETICVS, lacus Aegyptiorum est, circa quem papyrus nascitur, ex qua primæ chartæ factæ sunt.

ANIVS, lacus est, Puteolis uicinus, cuius fundus nullo artificio reperiri potest.

ANIVS, alter ad Austriam tendens,

dens, filicibus plenus, iuxta quem Iunio aduentante mense, ferpentes conglomerantur, qui fe in eum præcipitant uel demergunt. Nec eft qui unquam exeuntem uidentaliquem.

AETHIOPIA lacum habet, quo perfufa corpora uelut oleo pinguefcunt.

AFFRICA lacum habet, canoras uoces reddentem.

ITALIA lacum habet, qui bibentibus aquam ipfius uini tædium inducit.

ARETHVSA Armeniæ maioris lacus eft, in quem impetuofo curfu Tygris intrans, non aliter quàm fi contineatur proprijs ripis, nulla in partem mifcetur lacui. Quinimò fer uato alueo, in partem exit oppofitam, femper quicquid ingeritur, fecum trahens, quod aquarum teftatur difsimilitudo, & id, quod pifcium genus unum, lacus alit: fed Tygris plurima, ex quibus nunquam à pifcatoribus aliquis in aquis lacus

sum prohibentes. Duo ex in fontes manant, unus intractabili frigiditate, alter intensissimo calore intollerabilis. Et cætera elementa longe excellentes.

HALESIVS mōs est, Mantineæ huius fonis, ut qui ingrederetur aqua aspersus, confestim amitteret uisum, & in breui uiso amisso, animam efflaret.

LATERNVS, Canæ mons, incolas ab scorpionis ictu sua natura defendit, & aduenas ea sorte priuat.

MAVL, mons est Britanniæ, in cuius radice lacus est, aquis suis adeo animalia fessa restaurans, ut nullo uideantur attrita labore.

MOLVS, mons est Mœoniæ, qui prius Tmolus dicebatur, ex eo Pactolus effluit fluuius, aureas harenas trahens.

MVLO, mons est, in quo homines auersis pedibus habitant, octo digitos in singulis pedibus habentes.

OLIMPVS, mons est altissimus Mace-

Macedoniæ, is quidem uerticem in cœlum adeo tollit, ut nubes cognoscatur argumento excedere. Nam characteribus literarũ uerticẽ signabant cinericijs incolæ, ut anno sequenti redeuntes notarent, an cinis integer adhuc foret, ex quo ibi nec uentos efflasse, nec aues uolasse, præterito anno senserunt, nec pluuias cecidisse, aut alteras fuisse mutationes

OLYSIPPO, mons est Hispaniæ, is hoc memoratu dignum habet, ut equas in eo ex Fauonio concipere faciat, quem et equos uelocissimos reddere testantur incolæ.

OROMENVS, mõs apud Indos est natiui salis, in quo lapidicinarũ ritu sal effoditur. Vnde uectigal Indis maius emergit, quàm uel ex auro, argento, uel Margaritis.

PIERIA, Macedoniæ mõs est, cui maximũ auri pondus ab antiquis Imperatoribus impositum esse fama tenet, ob quam rem in imo quatuor locis apertus, aurum effoditur.

POLENE, mons Archadiæ est,

circa quem, Eustathio teste, lapides repeniuntur, Asteitus, Lychnitis, ignis flammam referens, & Selenites qui cum luna crescit & decrescit.

SMARAGDON, mons est Aethiopiæ, mari supereminens rubro, qui surgente sole flammas emittit, per horas quinque.

TAGER, mons est in hispania, Olispo propinquus, in quo equæ sunt, quæ statuto anni tēpore ex uento concipiunt Fauonio.

VESVVIVS, mons est Campaniæ, amœnissimis agris incolitur, excepto cacumine, quod magna ex parte planiciem habet, sed infructuosam & cinere scatentem, cauernosamque, præseferentē antra plena adustis lapidibus, ut facilis coniectura sit, ea loca quondam arsisse, sed defecisse flammas, statim ac materia ignis cessauit.

VRANIVS, mons est uersus Calcedonem siluis omnimodis, atque uersicoloribus uariatus floribus, ut ex eis uiatoribus & incolis plurimū

odo-

odoris obueniat. Et quod longè ma ius est, in eo fontē olei assetunt, cedri ni corticis odorem referentem. Cui uolentem appropinquare nudum esse oportet. Ex quo si hauriatur, iterū crescit. Præterea penes hunc olei fontem lapidem in gentis magnitudinis ortum dicunt, ut eum æstate flammā emittere, hieme autem ijs ex partibus unde exhalauerat ignis, aquę frigidę apparere, quæ frigidæ adeo frigidæ sint, ut glaciem referant, idq per æstatem & hiemem eueniat.

ZAPAORTENVS, mons in Parthia est, multum amœnus & natura loci adeo munitus, ut inexpugnabilis uideatur.

DE SYLVIS MIRAculosis

ALBVNEA, Hetruscorum famosissima sylua fuit, in qua, etsi tetri odoris fons esset, non obstitit, quin ad eam omnis Italiæ multitudo, uetusto more decepta, pro responsis concurreret. Erat enim seu in

fonte, seu arboris trunco spiritus aliquis immundus, qui deceptis orantibus responsa daret ambigua.

ARISIA, Hetruscorum est sylua, penes quã, dum Valerius Publicola consul Romanorum, aduersus Hetruscos bellum pro Tarquinijs pulsis gereret, in acie descensurus esset, reperit e sylua prodeuntem ingentem uocem, atque dicentem uno plus Hetrusci cadent. Quod post obtentam uictoriam à Valerio uerum fuisse, compertum est.

BACENIS, Germaniæ sylua est, infinitæ magnitudinis, Cheruscos dividens a Sueuis, & quasi natiuus murus loco, alternis eorũ aduersus se incursionibus obstaculum est.

DODONA, Epiri sylua, in quam columbas de cœlo descendere fama tenet, & quercubus insidere, ut quærentibus responsa edant.

DE FONTIBVS *miraculosis.*

ACI-

ACIDALVS, agri Venusini fons in Campania, ægris oculis mederi consuetus.

AGRIA, Pausania teste, in Lycęo Archadię mõte fons est, huius fontis, ut, si regionis siccitas frugum minitetur interitum, sacris peractis & hostijs immolatis, cœlum in nubes condenset, & pluuias faciat.

AGNO, fons est in Lycęo, q̃ quercus ramo nõ ita in profundũ demisso, per sacerdotem agitatur, uapores & caliginẽ ejicit, quę mox in nubẽ coacta, Archadibus pluuiam præstat.

ALISSVS, iuxta Archadiã fons est, qui lauãtes in eo a rabiosi, si canis morsu liberat.

ALIACMON, Macedoniæ fons est, quem si pecora gustauerint candida, statim nigrescunt.

ATHAMAN, fons est, qui luna crescente, ligna mirifice accendere solet.

ANDRI, fons est, uino statis diebus scaturiens.

ARETHVSA, fons est Siciliæ, quem

quem in quinquennio translocari fama habet.

AXIVS, quoque Macedoniæ fons est, cuius pecora nigra, candida facit.

ASMANICVS fons est, circa Tiana plurimum mirabilis. Nam, ut fertur, aquę eius ex subterraneis meatibus frigidissimæ in fontem ueniunt, in quo illicò feruent, & ex astantibus incolis, his qui pro re aliqua recte iurauerint, suauis potui & dulcis est, deierantibus uerò aduersa: eorum oculos, pedes, manusq; ledens, hydropisim faciens, & depilationis turpitudinē. Nec est læsis abire possibile, donec periurium suum confiteantur, istis quorum in pręiudicium deierarunt.

ARABIA, fontem habet, quem tanta ui exilire narrant, ut nullum non impactum respuat.

ARMENIAE, quidam fons est, qui pisces nigros alit, gustantibus mortiferos.

ASTYRA, fons est in Lesbo, a-

quam

quam nigram scaturiens,

BOETIAE, duo fontes uisuntur iuxta Trophonium flumen, quorum alter memoriam, alter obliuionem miro modo aufert.

CAMINON, fons est calidas aquas habens citra feruorem, quas si uino miscueris, triduo potionis calorem seruant.

GHARADVS, ex quo si animalia gustauerint, masculos pariunt.

CHII, fons in insula Chio, a qua denominatur, ex huius aqua, si quis potauerit, hebes efficitur.

CICONES, fontem habent qui potantibus uiscera saxea reddit, & res tactas in marmora mutat.

CRATIS, fons est Sibaris, capillos electo & auro similes tingens.

CLITORIVS, Oenophilos abstemios reddit.

CERO, oues ex se bibentes, si albicant, nigras facit.

CILITIAE fons, Theophrasto autore, oleo fluit.

GNIDIVS fons, in spacio octo dierum terram iniectam lapidescere facit.

EXAMBEVS, paruus fons est apud Callopodas, qui Scythæ sunt: hic amaras adeo emittit aquas, ut Hypanim fluuium Scytharum permixte, totum fluuium, qui dulcis alias fuerat, amarissimum faciat.

IOB, fons in India est, qui, ut aiunt, colorem mutat quater in anno, in puluerulentum sanguineum, uiridem atque limpidum, ternis mensibus unumquemque conseruans.

IOVIS, fons in Dodone, duplici de causa est mirabilis. Nam cum frigidus sit, si immergantur faces ardentes, illas more aliorũ extinguit, extinctas uerò iterũ accendit. Praeterea semper in meridie deficit, cum circa medium noctis exundet nimium.

IN PERPARENIS, fons est, qui quacunque irrigat lapidem, facit terram.

IN EVRIMENIS fons est, in quo coronæ metallicæ lapides fiunt.

HAN-

HANNON, ad ortum solis calescit, ad Occasum frigescit.

HEBRYS, fons Aethiopiae, bibentes Lymphatos reddit.

LERNEVS, fons Archadiae est, cuius aquae fieri abortum non permittunt.

LENA, fons est Corinthi, circa quam stant columnae tempore aestiuo frigora eijcientes.

LEBETHRIS, fons est iuxta coronam lacte fluens.

LEBEDON, fons est Euboeae, in quo saxa in altitudinem crescunt.

LINCESTIVS, ebrios potantes reddit.

LINVS, Archadiae fons est, impraegnatas ab infortunio partus defendens.

LEVCOGEI, fontes inter Puteolos & Neapolim, oculis & uulneribus medentur.

LYCOS, in Idia fons est, cuius aqua lucernam accendit.

MELLE, fons est in Esciolo, cuius

tus aquam si biberint oues albę, nigrescunt.

MOLVS, fons est in insula Delo, quem aiunt eodem tempore cum Nilo crescere & decrescere.

NONACRIS, Archadiæ fons est, qui propter frigus lapidescit.

NAVLOCHVS, Imbri est promontoriũ, ad Notũ uentũ tendẽs, cui fons adhæret animalium mascula eunuchos faciens, fœminea uerò usq; adeo inebrians, ut sopbrem illis inducat.

NAXVS, fontem habet, ex quo dulce uinum fluit.

NEPTVNVS, fons fuit supra Anxurem, ex quo, qui biberant, occidebantur, unde destructus nunc cernitur.

SELEMNVS, fons, cuius aqua amantibus dicitur conferre ad amoris remedium.

PHOENEVS, Archadiæ fons, hic nocte potus nocet, die uerò prodest.

PATENSIVM, litus templum,

plum habet Cereris, in quo fons est, qui ægrotantibus, uel salutem, uel mortem prædicere solet.

SIBARIS, bobus nigredinem inducit.

STIX, fons Arcadiæ, cuius aqua potantes interimit.

SACER fons, in Epiro frigidissimus est, & spectatæ diuersitatis. Nam si in eum ardentem facem demerseris extinguitur, & extinctas inflammat, dicitur & Iouis fons.

SORACTEN, Varro asserit fortē latitudine quatuor pedum, quem Sole oriēte exūdare fetuēti similē dicit, auesq; ex eo gustantes necare.

SARSVLA, Narbonensis prouinciæ fons est, non dulcibus aquis defluens, sed salsioribus, quam mare habet.

STALA fons est, in radicibus montis Syon, non iugibus aquis effluens, sed horis certis & diebus aliquibus ebullit.

SOLIS fons, in Cyrenaica regione est, in medio nemoris, quod

Am-

Ammonius dicitur, qui habita consideratione ad mutationes eiusdem, mirabilis est, equidem sole surgente dicunt emanare aquas tepidas, meridie frigidas, die ad vesperam inclinante tepescere, nocte autem intempesta feruescere, & in tepiditatem redire denuo.

TVNGRI ciuitas Galliæ, fontem habet ferruginei saporis, qui corpora purgat, tertianas tollit, calculorum que uitia emendat. Hic aqua igni admota turbida fit, & in postremum rubescit.

TARNARICI, Cantabriæ fontes, in augurio habentur.

THESSALA Tempe, fontem habent, in quo æs ac ferrum erodintur.

TESLATVS fons est, conceptus mulieribus præstans.

TINA, fons est apud Colophoniam, qui potus, oracula reddere facit mirando.

ZAME fons est in Africa, ex cuius aqua, si quis biberit, canoram vocem assequitur.

ZEA insula, Varrone teste, fontem habet, qui hebetes facit.

DE LACVBVS

ALBANVS, lacus est in Albano monte, haud longe ab urbe, ex quo uaticinia quandoque Romanis data sunt.

ALCE, lacus est, per Peucidanum in India, in quo omnia immersa fluitant, etiam lapides.

AMSANTVS, lacus est apud Lucanos, ex quo tam letalis exhalat uapor, ut uolantes desuper aues necentur, eo suscepto.

ANAVS, lacus est in Asia, qui circumnascente absinthio inficitur.

ANETICVS, lacus Aegyptiorum est, circa quem papyrus nascitur, ex qua primae chartae factae sunt.

ANIVS, lacus est, Puteolis uicinus, cuius fundus nullo artificio reperiri potest.

ANIVS, alter ad Austrum tendens,

dens, filicibus plenus, iuxta quem Iunio aduentante mense, serpentes conglomerantur, qui se in eum præcipitant uel demergunt. Nec est qui unquam exeuntem uiderit aliquem.

AETHIOPIA lacum habet, quo perfusa corpora uelut oleo pinguescunt.

AFFRICA lacum habet, canoras uoces reddentem.

ITALIA lacum habet, qui bibentibus aquam ipsius uini tædium inducit.

ARETHVSA Armeniæ maioris lacus est, in quem impetuoso cursu Tygris intrans, non aliter quam si contineatur proprijs ripis, nulla in parte miscetur lacui. Quinimo seruato alueo, in partem exit oppositam, semper quicquid ingeritur, secum trahens, quod aquarum testatur dissimilitudo, & id, quod piscium genus unum, lacus alit: sed Tygris plurima, ex quibus nunquam à piscatoribus aliquis in aquis lacus

repertus est. Sic nec ex specie il-la quæ in lacu nascitur, nunquam in aquis transcurrentis Tigris, ul-lus inuentus, uisus, aut captus est. Tanta seruat diligentia quisque suos.

ASANIVS lacus, cuius a-quæ in summitate sunt dulces, atque potabiles, sed si ad profundiores accesseris, uitiosas potantibus com-peries.

ASPHALTIS lacus est Syriæ, in ea prouincia quæ iam Pentapolis uocata est, multum mirabilis, quo-niam ex uiuentium genere nihil suscipit. Expertus id est Vespasianus, qui iussit in eum quosdam nandi ignaros & mortua innatos proijci, qui, & si iactu mersi sint, tanquam a ue-hementissimo spiritu ad superna uiuentes impulsi sunt. Sic nec a-ues assuetas mergi suscipit. Quæ uita carent absorbet omnia, ut si ponas ad ardentem lucernam ui-uente lumine innatat, eo mortuo

con-

confestim mergitur. Aquæ eius amaræ & fastidiosæ gustus, ingentes bituminis globos ferunt, quo agente, nullis uentis agitari potest lacus. Præterea nauigationis impatiens est, cum nihil mortuum patiatur, quin sorbeat ea: Præterquæ bitumine illustrentur. Est tamen lauationibus ægrotantium utilis, medetur que multis morbis, hunc quidam mare mortuum nominant. Et quod mirabile est, & memoratu dignissimum: Sunt iuxta lacum campi, qui hortos habent, fructus producentes amœnissimos, & adeo, ut qui uiderit, facile trahitur in desiderium commedendi. Verùm si aliquis inde carpserit, fatiscunt illicò & in cinerem resoluitur. Non procul quondam colligebatur balsamum. Cuius frutices Cleopatra Aegypti regina exstirpatos ad unum omnes in Aegyptum transtulit, ibi'que plantari iussit,

qui permanent etiam in hodiernum diem.

ASPHALTITES, Iudææ lacus, bitumine fluit.

AVERNVS, Cãpaniæ lacus est, in sinu Baiano, qui piscium fertilis est paruorum et nigrorum, qui comesti interimunt.

BENACVS, lacus est Galliæ Cisalpinæ, arenas trahens aureas.

BRIGANTINVS, lacus in agro Rhetico, murenas alit & mustelas.

CLITORIVS, lacus Italiæ est, qui abstemios reddit.

CROBLITORIA, lacus est, ex quo nõ solum qui biberint, sed etiam qui ex eis lauerint, moriuntur.

CVMMINIVS, lacus est apud Heruscos, cuius originẽ talem esse fama habet: aliquãdo ad hos populos Herculẽ peruenisse narrãt, qui ut ostẽderet suam fortitudinẽ, defixit in terrã uectem ferreum, quem cũ nullus poterat extrahere, ipsum Hercules extraxit, & confestim aqua sequuta est, quæ lacum hunc fecit.

ELECTRIDES, lacus est Syriæ, in quo electrum nascitur.

FVRIALIS, lacus est Boetiæ, insani generator amoris. Nam dicunt, qui ex eo biberit, in tantum libidinis ardore intendi, ut fere agi furijs uideatur. Vnde & nomen Furialis sortitus est.

LVCRINVS, lacus Campaniæ, in eo captum aiunt Barbonem seu Triglam, quam Asinius Celer Romanus, septem milibus numûm mercatus sit, uel octo, ut Plinius habet.

LVMIAE, lacus est, apud Babylonam plurimum liquidi bituminis euomens, quo creditur, quondam à Semiramide Assyriorũ regina & testaceo latere, Babyloniam omnem muris instauratam.

LVNAE, lacus est, Athamaniæ tenuia accendens ligna: ex huius aqua, si quis bibent, aut in insaniam labitur, aut in soporem soluitur.

MALEFICVS, lacus Scotiæ est, quem etiam insanum uocant, uti die amarus est ac salsus, nocte uero serpentes albos nouem cubitorum eijcit in terram.

MANDVRIAE lacus, est in Salentinis, qui aquis exhaustis non minuitur, infusis item non augetur.

SALENTINVS, lacus est Salentinorum iuxta Anduriam oppidum, hic ad margines usq; plenus est, neq; exhaustus minuitur, neq; super infusis augetur aquis.

SCAPHAGIOLVS modicus lacus est, in Appennino, inter agrum Pisemensem & Mutinensem multum miraculosus. Nam ut omnes testantur accolæ, si quis sponte seu fortuito lapidem uel rem aliam quæ aquas moueat in eum proijciat, repentè in nubes aer cogitur, & tanta uentorum tempestas oritur, ut nonnunquam uicinæ ualidissimæ quercus, fagiq; ueteres aut truncentur, aut radicitus euellatur.

SERIPHVS lacus est, in quo ranæ non coaxant, quin quin faciant, si in alium locum deportentur.

SICENDIVS, Thessaliæ lacus est, in quo item ranæ sunt elingues minimeque coaxantes.

TARENTINVS lacus, est apud Tarentum, qui æstiuo tempore siccatur in salem.

TOLOSENSIS lacus est, Tolosæ ciuitati propinquus, & ab ea denominatus, in quẽ ciuitatis incolæ aruspicum iussu peste oppressi omne quod habuerunt, aurum iniecerunt, & liberati sunt.

TRAGODITIS lacus est, qui ter in die amarus, & toties dulcis sentitur.

VELINVS, lacus est, iuxta agrum Nesulanum, in quem si lignum inieceris cortice obducitur lapideo.

VENERIS lacus in Syria est, iuxta Hieropolim, ex quo uocantibus pisces obueniunt, auro ornati, qui orta

hian-

hiantia præbent. Vnde aurum ma nibus extrahatur,

DE FLVMINIBVS.

ACHATES, fluuius est, in quo lapides reperiuntur, qui à flumine suum nomen trahant,

ACESINVS, fluuius est Persiæ, magnus & nauigabilis, circa quem feruntarundines nasci tantæ magnitudinis, ut singula eorum internodia incolis præstent nauigia.

APHRODISIVS, fluuius est in Pyrea, reddens mulieres steriles.

ANAVRVS, Thessaliæ fluuius est, qui neque auram, neque nebulam emittit.

ALPHEVS, fluuius est, qui sub terram euanescit, & alibi rursus erumpit

ALSA, fluuius est superioris Alsatiæ, qui prope oppidum Ensisham se in terram abscondit, & iuxta pagum Regisham iterum fluit.

ARA-

ARABIS, fluuius est, qui Chelophagos potat, hoc est, homines qui testudinibus uescuntur, & piscium coriis uestiuntur.

ARIMASPES fluuius, aureas arenas trahit.

ASANA, Mauritaniæ fluuius est, ex Atlante featuriens, gustu salsus, Crocodilos atque Hyppopotamos nutriens.

ASTVRES, quando campos irrigant ut pabulum reddant, oues lac nigrum præbent, si inde pascantur.

AVFIDVS, Apuliæ fluuius est, ex Hirpinis exiens montibus, apud quem Hannibal uictor ex occisorum manibus nobilium tria collegit, annulorum millia.

ANXS, Annedorum fluuius est, cuius ex aqua si pecora bibant, nigros pariunt fœtus.

BANNA, fluuius est Hyberniæ, in quo olim piscis repertus est formam Salmonis habens, tantæ magnitudinis, ut nullo modo integre

in

rum longe acrius huius aquæ uiolentia redditur, quam sua antea fuerat natura, & adeo ut nullam approbent Hispani telum in sumpserit ex calybe temperamentum.

CHERIVS, fluuius est Emæ regionis, ex quo si potent oues nigræ, albæ fiunt.

CERRETORIVM, est inter Pistorensem agrum & Lucensem, qui de decennio in decennium non determinato tempore, sed fortuito & diu minus ab incolis expectatur, tam grandem lapidem ingenti strepitu in siccum eijcit, ut qui uiderint, obstupescant.

CIDNI aquæ podagricis medentur.

CINIBS, Arabiæ fluuius, gemmarum fertilis.

CLITVMNVS, Vmbriæ fluuius est, boues albos producens, unde Romani magnas hostias Ioui immolaturi, ad hunc locum pro albis tauris mittebant

CRATDE, fluuius Calabriæ, qui

qui pecoribus duriores pilos & sub flatos reddit.

CROCONVS, Falentinorum fluuius, in quem si lignum inieceris cortice obducitur lapideo.

ELSA, fluuius est Tusciæ, in agro Florentino, si quid circa initium eius iniecetis, per breue dierum spacium lapideo cortice obducitur.

ERICINNVMAE, Boeotiæ fluuius est, memoriam summopere confortans.

ERINVS, fluuius Lydiæ arenas fert aureas.

ESICIVS, fluuius Hispaniæ est, hic primo dulces aquas dedit, nunc amaras fundit.

FASIS, Colchorum fluuius, in quo uirga nascitur, quam Leucophillon nominant, quæ si thalamis adhibeatur, matrimonia pudica facit & casta.

GANGES, Indiæ prægrandis fluuius, qui, Plinio teste, anguillas alit trecentûm pedûm longitudine.

GARGARVS, fluuius est, in insu

insula quam ichthyophagi inhabitant, barbas ad genua usque nutrientes & pisces crudes comedentes, & formicas habentes catulos magnitudine æquantes.

IDASPES, gemmarum fœcundissimus fluuius.

INDVM, flumen duos habet fontes quorum alter ferrum attrahit, alter respicit.

IPANIS, Scythiæ fluuius, in quo animalia quædam nascuntur muscis maiora alis & quatuor pedibus ut quadrupedes & aues uideantur, in unicum saltem uiuentes diem.

MEANDER, Non procul â Marsia fluuius, in quo lapis reperitur, quem per amphrasim Euphronon uocant, eius fortis, ut si eum quis secum deferat in insaniam hunc uertat uehementem.

MELAS, Sartræ fluuius, quem si greges potauerint candidi statim nigrescunt.

NELEVS, item fluuius albas oues nigro tingit.

NILVS Aegypti fluuius mulieres non solum fœcundas facit, sed quæ diu sterilitate damnatæ fuerunt ad conceptum disponit.

NOVANIVS, fluuius est trans Appenninum conditionis inauditæ. Nam æstiuis solstitijs pleno fluit alueo, & Bruma siccatur.

ODONA, fluuius Indorum est in cuius ripis arundines crescunt tantę magnitudinis ut uix unam triginta homines ferre possint.

PACTOLVS, fluuius est aurifer.

POLICARMVS, fluuius est in quo herba gignitur plurimum cœcitati conferens.

PONTVS, fluuius est in Mordis non multum distans hic lapides producit igne ut ligna cremandos, hos si percusseris extinguuntur, si aquis perfuderis ad incendium magis inflammantur, tetrum habēt odorem asphalto persimilem, adeoq; abominandum, ut nulla sit auis aut serpentum species quæ his ardentibus loco manere possit

RAN-

RANDACES, fluuius est minoris Asiæ in cuius ripis nascuntur serpentes uenenosissimi, qui sole feruente in hunc fluuium merguntur, ubi frigefacti patulo hiatu in altum euolant, habent enim alas.

SILARIS, fluuius est iuxta Surentum etiam folia iniecta in lapides uertens.

SABARIS, fluuius est Calabriæ, a qua bobus albicantibus nigredinem facit.

SARNVS, fluuius est Calabriæ in cuius aquas si quis paleas, ligna, festes, seu frondes miecerit paucis diebus lapideo obducuntur cortice.

STRAGA, fluuius Persarum est adeo congelascens frigore, ut more solidi saxi uiam præstet euntibus.

STIX, iuxta Nonacrum Archadiæ fons est qui epotus cõfestim interimit.

TAGVS, Hispaniæ fluuius aurifer.

TICINVS, Galliæ fluuius aurifer.

VEBAR, fluuius est apud extremos Indos penes quem maximi nutriuntur Elephantes.

DE PALVDIBVS ET
Stagnis.

ACHERVSIA, Campaniæ est palus quæ æstate funditus arescit, & hyeme abundantissima est aquarum.

ALCIONES, paludis Neroptofundum multis funibus inuenire non potuit.

ASIA, palus est Lidia auium aquaticarum ut grues sunt cygni, & holores, fœcundissima.

AVERINGVM, stagnum est Auergæ regionis, hoc in eo miraculum est, si contingat aliquem per stagnum naue uehi qui aliquid ignominiosum in stagnū dixerit, repente stagni aquas turbari, & tanta moueri tempestate ut demergatur & periclitetur ualde.

CELAVNIVM, stagnum est Siciliæ tam fœtido odore ut omnes adstantes abigat.

FIDEM, stagnū est apud Indos cuius in aquis quantumcunque leue sit non natat sed mergitur omne.

GELO-

GELONIVM, stagnū est adeo fœtēs ut neminē sibi in proximo patiatur.

LERNARCHADIAE, palus hydrā septē capitibus serpentem nutrit.

MAREOTIS, palus est apud quam uuæ nascuntur albæ, famosæ, à loco Mareotides appellatæ.

NVTHVL, stagnum est inferioris Mauritaniæ in quo alebethæ pisces, coratica sylurı, atq; crocodili nascūtur, qui nusquam præter in Nilo reperiuntur.

RAPHARVM, stagnū est apud Lydiam in quo nigri capiuntur pisces.

REATINA, palus est Italiæ cuius aqua ungulæ deaurantur iumentorū.

SIDAN, Indiæ stagnum in quo penitus nihil innatat, sed penitus omnia sorbentur.

STIX, palus est Africæ quam limosam aiunt plurimum & papiris refertā, adeo ut difficillimum sit ad insulā quā circuiuit nomine Bathas transire, hanc enim Stygem uocant quod tristitiam transeuntibus offerat.

TRITON, palus est in Thracia in quam si quis se mersent in aciē uertitur.

IN HANC PHILOLOGIAM ET NOMENCULATOREM copiosissimus INDEX.

A

INDEX.

Albanus lacus 152
Albe lacus ibidem
Alpheus fluuius 140
Alsa an Alsatia ibi.
Alcione palus 148
Annulus quo digito 65
[illegible] 46
Anagallis 50.
Anthippus 62
Annulorum inuentores qui
an
Annulus ferreus ibi.
Annulus Hebraeos ascribe-
tur. 69
Annulus narius 9
Anaxagoras de partis
8
Antonius triumuir 25
Animalia ignea 25
Animalia terrea 25
Andri fons 150
Amaus lacus 152
Ammoneus lacus Aegypti
153
Auernus lacus in puteolis
125
Appium funebris herba
40
Appium augurium 50
Apathis annulus inesse
202
Appollonius daemones fu
ga 63
Appio indigere 58
Appoditanum 62
Apinus lacus deditus 61
Arcadum anus 6
Aripemon corde hirsuto
19
Aristarchus filios degene
res 44
Arimaspi 46
Aristoteles quot libros
59
Architas pueros consolat-
tus 61
Aristippus perterrefa-
ctus 202
Aromatica confortant 98
Arabiae quidam fons 153
Arethusa fons Siciliae 159
Arethusa lacus 151
Arabis 159
Arimaspis fluuius 159
Asoti qui 48
Asotus dyascoli 48

Asia unde dicta 66
Asiae quid ibid.
Asinaeus fons 133
Astyra fons ibid.
Asinius lacus 134
Assaltis Syriae lacus 135
Asphaltites 136
Aspana Mauritaniae lacus 138
astures 139
asia palus 140
athanasius contra daemones
atlas mons 124
auiditas ciborum auaritia 105
auditus animam fascinat ibid.
aureus annulus 25
auicennae terror 70
augustinus de annis 5
auis Britannica 19
aues orientales 21
aurum metallis praefertur 24
audij Cassij uerba 40
auaritia belua ibidem
auaritia principi scelus 41
auernus Iudaeae lacus 136
auidus apuliae fluuius 140

B

Barleatae aues 21
Barbari obtusi 56
babilonis moenia 65
Battus ad Theocritum 86
Barba philosophorum 90
barba uiri ornamentum ibidem
barba futura praedixit 90
barba cur plantetur ibi.
Baccenis
Banna fluuius 140
Bethus Armeniae mons 112
benacus 136
Bablius fluuius Hispaniae 142
boues castrandi 33
bonum habere stomachum 55

borysteis

INDEX.

orasibenes 143
Bragada ibid.
briganttum 136

C

CAto concubulas legit 61
Catulus capitol. inaurauit 66
causa primitiua quid 82
causa antecedens ibid.
causa coniuncta 82
C. Verres de cura 15
causa morbi cognoscenda 81
Cancer magni cordis 3
Catones filios degeneres 44
calor acrilitatem parit 8
Cirmatinni crudelitas 67
Caluaria ibidem
Casius mons 113
Carmelus ibidem
Carmiton fons 115
cerus per exigui cordis 39
Cerretorium
Cephisia quetia

Cero fons 41
Chimera 113
Charadus fons 125
Chis fons ibidem
Cherati Indiae fluuius 141
Chalibs Hispaniae ibid.
Cheritus 143
Cyprium aes 17
Cyprianus contra daemones 65
Cyri domus ibid.
Cynthius mons 114
Celitia fons 125
Cynare fons cupid. 126
Ciceronis fons ibid.
Culmi
Ceraps gemmifer
Claudi qualiter fiant 17
Claudij imperato factum 87
Climax 114
Clauus fons 126
Clytumnus Vmbriae ibid.
Clitorius ab Hernias 128
clitorius lacus 136
conferre pedem 61

Diogenis

153

Diogenus locus 69
Domitianus muscas 62
domus Alexandri 56
dolorosus mons 115
dodona mons ibid.
dodona sylua 122

E

Epimetheus 69
epicurus 104
epaminondę dictū 109
Epopon mons 117
Ernon mons ibid.
Ethna Sicilię 127
Exanthæus fons Callopodum 127
Electrides lacus Syria 157
Elsa in Tuscia 144
Ericinume Boetię fluuius
Erinus Lydię 144
Esicus in Hispania fluuius ibidem

F

Erre quemuis iudicem quid 61
fœmina qualitatē concipiatur 6
fœmina uirilis 12
fœmina quæ 49
fortunę beneficiarij 02
formicę auidę 80
furius Camillus 101
furtelis lacus Boetię 137
Fasis colchorum 144
Fidem stagnum 148

G

Alli leues 56
gallicanum 59
Gagates 99
Germani bellicosi 56
Græci mendaces ibid.
gryphus quidā soluit. 96
gnidius fons 127
Ganges Indię 144
Gargarus ibidem
Gelonium 149

H

Adrianus barbatos amauit 91
Hadrianus de undecimo mense 31
Hermānus de Hēnenb 31
Hermophroditus 73
Hemorobij 22

herba cur masculina 49
Hadegrin mons 117
Horrisonus ibid
Hechelberg mons 117
Halesim Mauritaniæ mõs 118
Hercules 61
Hebraeorum adulteri 63
Hieronymus exponitur 9 14
Hieremias de annis 5
Hispanus sine manibus 18
Hippocrati sacrificatum 50
Hispaniæ olim partes sis perstes 59
Hieremiæ dictum 68
Homo miraculum 1
homines priores cur annosi 2
homo sine pedibus 17
homines ueloces 46
homines in pueritia cani ibidem
homines Africæ 49
homines caninis capitibus 47
homines plumati 47
hostilis exercitus anima 105

I

In tempesta nox 66
Ioci intemperantia unde fuit 107
Iouis simulachrum 65
Ida mons phrigæ 101
Immetus Africæ ibid.
Imarimes mons 117
Isamus ibid.
Iob fons Iudeæ 117
Iouis fons ibidem
In perparentis mons 117
Incurimenis ibid.
Idaspes
Indum flumen 46
Ipanis
Iulius dentatus de arte Britan. 31.
Iulianus de partu 29
Iudex iuratus 60
Iudicare quid 61

K

αυρααλγία 46

Latio

L

Latius superciliosi 90
Lacedemoniorum commentum 63
Laconica fitula ibid.
Lacones scribendo breues 63
Lapides aerei 54
lapides ignei ibid.
Leo calore æstuat 57
Lex de gallis gallinaceis 109
Laternus mons 110
Lerneus 119
Lerna fons ibid.
Lebethris ibid.
Lebedon in Eubœa ibid.
Leucogæi fontes ibid.
Licurgi statutum 101
Lincestium ibid.
Linus archadiæ ibid.
Lycus in Idea 118
Lumnus lacus 117
Lumina ad sarcophagos 56
... lacus 150
Luna lacus ibid.
Lerna 48
Logodædali 61
Luna adolescente plantandum 51
luna decrescente cædendum 58
luna aucta cæsa putrescunt 52

M

Malahel 65 anno genuit 9
Margarita Hollandiæ comes 10
Matrix embrionis archetypus 14
Mar quid 49
Maximinus contra demonem 66
Medicorū opinio de partu 6
Meridies 60
medicina talida 70
media noctis inclinatio 59
Maul mons Mæoniæ 110
Mulo mons ibid.
Melle fons 128
Melo fons in Delo 129

Malefi-

Maleficus 158
Meander 146
Melas fluuius 146
Mareotis palus 149
mille, anni quot, menses
moderate ebrij gaudent 107
mors ocium est 109
monstrum quid 15
monstrum biforme 16
monomeri 47
mors portus uitæ 52
mulcta adulterij 63
mulieres æstate salaces 98
mulier sterilis 82
mures pronosticant 49
muli quando castrandi 92

N

Naturæ quibus nouerca 55
Naulochus 129
Naxus fertilis 139
Nemus fons 125
Noni partus æstimestre superstes
Neptunus fons 129
Neleus fluuius 128
Nonancius 146
nemo sibi natus 89
noster oculus nihil ad alta 96
Numa filios degeneres 43
Nonacris 129
Neleus 146
Nilus ibidem

O

Octimestris partus 29
oculis capitur anima 105
odor animam illaqueat 105
odona 146
œsophagus quid 35
Olimpiodorus de dæmonibus 58
opsologodædali qui 63
Olthomannus lusit 71
Origenes contra dæmones 48
Ozomenus ibid.
Odona fluuius 146

Paphlago-

INDEX

P

Paphlagones bicordes perdices 44

parentes filiolis prodent filios 41

Parthorum reges ocisi 21

parentibus nemo aequivalens 89

perturbationes non libere 102

Philippus Maced. de auro 25

phalleratizare quid 62

Phosphorus 21

Pieria Macedoniae mons 119

Pelene Arcadiae mons 119

Phoeneus 129

Patensium litus 129

Pactolus fluvius 150

Pallicarius 146

Pontus ibi.

pituita aquam refert 36

Pythagorae institutum 66

Pyramides 74

Plinij error de diab. 4

Plautus de auro 28

plantae utrunque sexum 10

Plautus defenditur 103

Platonis cena frugalis 109

Poeni foedifragi 56

Popea luxuriosa mulier 41

poena iniquitatum in parentes 73

pulsus formicans 27

Procli sententia 50

porci quando castrandi 32

praeceptori aequivalens 50

Prometheus 85

Ptolomaei luxus 25

Q

Quintus dies masculinus 9

R

Rana Aegyptia 30

Regiones homines alterant 56

Rex Carmaniae crudelis 58

Romulus filios degeneres 44
Romolaces fluuius 47

S

Saturnus omnimestri presidet 38
Sacerdos malus honorandus 92
Salustius contra auaritiã 19
Sapientes fatuos gignunt 43
Sauromatæ 45
Sanguis lucidus contra visus 107
sacer fons 130
sarsela ibi.
Salentinus lacus 138
Scaphagiolus lacus ibid.
septem mundi miracula 62
Scipio filios degeneres 44
Scytula laconica 63
Sepulchrum Mausoli 73
Simia flagitij symbolum 77
Septentrio masculos parit 1
senfuum portica 98
septuaginta pueri unico partu 9
serici uermes 21
Serapio de columbis 24
Solermus 128
Sibaris 130
Seriphus lacus 139
Sicandus Thessaliæ lacus ibidem
Silaris 40
simile de gallina 29
syllaturiæ 62
Silentium noctis 63
Socrates pueris collusit 70
Spiritus uadit igne morte fert 18
Spartanus ad Dionis ianuam. 48
Splenium quid 62
Spoliarium quid 60
Sperma ex calido & humido 99
Struthio ferrum decoquit 36
stolidi parentes filii prudentes

INDEX.

...stus. 43
stomachus paterfamilias 52
stomachus quid 56
stomachus pro animo ibidem
stomachus pro patientia ibidem
stomachari 58
stomachabundus ibid.
Stix Archadiæ 130
Stale fons ibidem
Soracte ibidem
Straga 47
Subare quid 104
sudor frigidus 76
suffitus contra demones 61
suprema tempestas 59

T

TActus ad mulieres infantis 106
Tager 120
Ternariæ fontes 131
Tarentinus lacus 139
Tagus Hispaniæ 47
Tertullianus de demonibus 66
templum Dianæ Ephesiæ 78
Theophrastus de natura 1
Thessala Tempe 130
Thessalatus fons ibidem
Ticinus Galliæ fluvius 47
Titi uulsi factum 57
Tungri fons 131

V

VEnus per marem electus 43
uari qui fiant 16
uermes serici 22
ueratrum aliquãdo exhibendum 74
uir qualiter concipiatur 6
uirgini i puero unico paritu 9
uir mulieribus 12
uita negotium 109
uita hominis misera 110
Vesuuius mons 120
Vranius mons Chalcedonis ibid.
Veneris lacus 47

Vibar

INDEX

Veber fluuius 47
undecimus mẽsis aliquando perit 54
uterus duas cellulas 8
uterus septem cellulas 7
uterus quot rugositates 9
Vuilhelmus curbus creatus 31

X

Xenocrates ad quendam 50

xilo aloes agallocum dicitur 108

Z

Zigostica quid 61
Zigostica fides 61
Zophorodorpides 48
Zabaonenus 121
Zame fons 158
Zea insula 152

FINIS.

APPENDIX PHILOLOGIAE AC ORDINE LIBER Quartus.

Q. CVRTIVS DE ADVLATORE, quem Anaxilas uermem dixit, Cynici de eodem apopthegma, Senecae paraenesis, Adulatores esse polypos & Protheos, Psomolaces qui, & Psomocolaphi, Aduersusque adulatorum uenenum remedium.

Caput I.

ADVLATOREM perpetuum esse malũ, regum opes citius euertens quàm hostes Q. Curtiũm Alexandri historia legimus, & Anaxilam uermem, uiuos homines corrodentem. Quo factum scimus, Cynicum ex tripode locutum, melius esse ad coruos quem redigi, quàm adulatoribus exponi. Dum illi morticina

 tantum

tantum consectentur, hi autem uiuos bonosq; huic pestifero excarnificent. Senecæ paraneseim dum laudamus hæc item adponimus, quãdo adulatoribus non latus applicandum docet, quòd artifices sint capiandum superiores Et Basilij magni doxam quando in lib de poetarum lectione, sche admodum & docte adulatores polypos nominat, quòd semel in omnem habitum, polypi piscis instar, uertere sciant assentando, quidam Protheos appellitat quod se in horas ad quæuis obiecta mutent, Plutarchus nullũ esse perniciosius autumat quã Psomolaces quod est eos, qui panis buccellæ gratia obuiam blãdiuntur, aut Psomocolaphos qui patinæ ratione se plagis affici non uerẽtur. Nam festinantius iuuentutem in præcipitium agunt quàm uel alius casus quispiam Aduersus tamen hanc adulationis Chymeram Seneca hoc eclygma remedio esse ostendit, Nolle a quouis laudari.

AV.

AVREIS MALLEIS AVLICOS emolliendos, Orpheus fidibus crudelissima animalia leniisse, sed aulicos muneribus eblandiendos, dum lupos fiant crudeliores si multos proles habeat.

Cap. II

ADulatorum aliqualem mentionem fecimus, unde in transcursu adnotanda quoque consentanea uidentur, quæ Polybius Romanæ historiæ scriptor de Aulæ quibusdam proceribus, qui hos quam proxime accedunt, quinto libro habet. Quando Orphea Thracuũ, Lynces, Tygrides & leones crudelissima animalium, cythăræ sono placasse docet. Et saltem aureis & argenteis malleis aulicos emolliendos scribit, Innuens pro Apollinis Pythij oraculo, apud eos muneribus nō cātu aut fidib ludendū. Qui autor tales lupis pares quoq; assimulat, philosophū adducēs quādo animaliū octauo lupos si plures catulos habeant esse ferociores scribit, uelut etiā aulicis inhæreat;

 simultæ

ſi multæ prolis ſint parentes. Vndique enim quæſitum eant, ut corradat & catulos ad honores per corraſa eleuent. Candidatos quoque regem accedentes raucos, ut luporum eſt, & quaſi mutos, ſi hos priores uiderint, tacere faciant, donec os munere illis ſublinias, charitatis officio excluſo.

ASSIDVE CONTEMPLATIONI, remiſsio quandoq; interponenda ne languefcat animus

Caput III.

CAſsianus Scytha ſeptimo collectionum libro frequenti contemplationi & ſtudio diui Iohannis Apoſtoli & euangeliſtæ interponendam probat exemplo requiem, inuenē enim quendam ab humero arcum baiulantem, euangeliſtam, qui perdicem in delicijs uacuo tempore habebat, interrogaſſe ſcribit, quid ipſe tantus uir, adeo uulgarem auiculam blandiendo demulceret, cum grauiora exequenda ſciret. Cui ſanctus retulerit, cur tu arcū ex hu-

ex humero pendentem non semper sensum circumferre ad quae inuenis responderit. Ne ingi curationis ui, neruus mollescat & arcus laxior fiat. Vnde sanctius recte quidem. Nam & ego ne animus meus assiduo labore enerescat, sic auiculae cuitu requiem quero, Pulchra sunt haec & commode ab euangelista prolata, quoniam neq; agricolarum quenquam tam stolidi ingenij arbitramur, ut non agello suo alterna uice annotum quoque requiem cōcedat, quo sese remissione annua in ferbtiorem messem recolligat. Apud Nasonem Phedra ad Hippolitum pari tenore cecinit;

Arcus & arma tua tibi sunt imitanda Dianae
Si nunquam cesses tendere mollis erit.

SENVM CONSILIA MAIORIS *habenda praepotentibus, quam assentatorum mellitiua uerba, Xerxis exemplo docetur.*
Cap. IIII.

SCribit Trogus Pompeius, quem Iustinus in epithomen redegit tertio

tio libro historiarum Xerxem regem Persarum Græcis aliquando bellum indicere uoluisse. Vbi gnatonice quidam ex aulicis ô rex dixerit nuncium tuum non expectabunt Græci, sed ad primum aduentum terga dabunt. Alius item ô rex, uerendum est ne uacuas repertus sis urbes, si uim tuam rescierint hostes, habebat enim in expeditionem septuaginta millia peditum ex regno, & triginta exteratum gentium, accentum milia nauiũ, Tertius angusta classibus maria futura dixit terramque pro castris peditum nimis arctam, ut non memorem quod campos equitibus defuturos quartus eblanditus est, e cœlo sagittis non sufficiente, Per quæ omnia sibi uisus est se Deum esse, ac citra consiliũ & laborem Græcos superaturum Accessent autem regẽ eundum idem Trogus scribit, Damagatus homo sincerus & regi a cõsiliis sine fuco, diuersum à præfatis occinens, senex & multarũ rerũ scius qui dixerit ô rex nemo est qui te non copioso exercitu armatum opinetur. Classium enim Iliades

des habes, equitum myrmecias peditumq; examina, & belli neruum. Id tamen esse tibi persuasum uelim, etiam uim magnam clauo hoc est regimine & consilio uacuam non esse stabilem, sed perire nisi regatur. Tanta hominum diuersitas legibus & consilijs astringi nequit. Quæ Damageti monita rex ob audiens cum Græcis in harenam condescendit, & uictus harena cessit, dum pluris adulatorum blanditias quam sinceram senis consilium habuit.

DE VARIO SEPELIENDI more, & Anacreontis responso

Cap. V.

Animaduertere licet ex quorundam historijs multiplices hominum prisco seculo a nostro usu abhorrentes fuisse sepeliendi ritus. Quidam enim ut Alexander ab Alexandro testatur, corpora suorum exanimata domi aromatibus illita summo studio seruabant, alij bestijs &

 uolu-

uolucribus dilaceranda obijciebant, conijcientes magis amicum quam si uermibus escam obtidissent, Massagetas diuus Hieronymus contra Iouinianum scribens amicorum corpora, si animam efflassent dissecata in mensa comedisse docet, haud aliter conijcientes quam si tali modo magnum amicitiae concelebrassent symbolum. Cui situi Arthemisia subscripsit Cariae regina, coniugalis amoris exemplum intercidcta celeberrimum, mortuo enim marito corpus in cinerem redegit quem poculis suis immiscuit, et bibit, se nihil maius praestare ualuisse rata, quam si hoc modo defuncto sui corporis dedisset hospicium. Diogenes nullam corporis sui curam habuit, parum enim referre dixit an tumulo sit contegatus seu coruis esca sit euasurus. Haec Cicero libro primo Tuscula. quaestionum, ubi quosdam etiam generosorum canum altos sufficientes mortuis sarcophagos dixisse legimus. Circa haec, responsum Anaxagorae quoque praetereundum minime censemus qui omne sepulturae ge-

tæ genus nihili habuit. Interrogatus enim an se mortuo corpus suum in patriam deduci cuperet sepeliendum, respondit a nostra religione alienus, sua nihil interesse ubi corporis sarcinam deponat quando tantundem undique sit uiæ ad inferos. Nos dicimus nihil interesse ubi quis corporis molem relinquat si cœli spectemus tramitem.

SPECVLO QVI FVERINT usi & ob quas causas. Cap. VI.

QVintum Hortensium, M. Varro de agricultura tertio libro, ut insolentior in publicum iret speculo usum scribit, ut qui tam curioso uestitu incedere consueuerit, ut rugas non forte sed de industria locatas nodo artifice astringere curarit. Caligulam item speculi adminiculo uultus suum ad omnem terroris & formidinis habitum composuisse Tranquillus docet. Ast Seneca multo usum speculi decentiorem ostendit. Etiam Socrati,

Lectio testi cap. phatū. Quippe ut homo si in speculo se contemplatus fuerit, in se recedat, & cogitet forma quantum uides, corpori tuo abest, sed uirtute hanc compensabis, formosus es infamiam ergo uitare labor erit, iuuenis es, Florem igitur iuuentutis discendo & forma audendo complebis. Senectute grauaris indecora idcirco canis depones & mortis tibi cura erit. Demosthenem Græcæ eloquentię principem speculo item usum historiæ habent ut declamando ad decentiam os fingeret. Sed Flauianus Constantinopolitanus uir in Græcis literis exercitatus, Platonem quoque speculum sępius inspexisse scribit, ut uidelicet ex eius intuitu quantum sua frequens peregrinatio, studiq; feruor, temporis acumen, & processus ætatis de suo naturali statu sibi ademissent, quo diligentius corpori suo fatigato in posterum indulgeret.

LIBER QVARTVS.

POETIS ET PHILOSOPHIS

paupertatem non fuisse probro exemplis ostenditur.

Cap. VII

QVis maior apud Græcos extitit Homero, quẽ inopem adeo fuisse Bocatius scribit ut illi capto oculis uix sumptus superessent quo duci puero expenderet? Huius tamen paupertas summo ornatu tandem excepta est. Superato enim Dario potentissimo Persarum rege ab Alexandro capsula aurea reperta est artificio & sumptu preciosa, ad Homeri scripta inter regis thesauros consecrata. Quis item inter Latinos, Vergilio luculentius ingenio natus, cedro dignior aut palma extitisse fertur? Cui non amplius in bonis fuit Mantuæ apud uicum Anden quam paternus agellus non sine litigio possessus, qui nihilominus i Octauiani Cesaris eius, qui uniuersum orbẽ dominatus sum ma gratia & familiaritate uixit. Neque id Sarsinati Plauto notam incussit, quod bonorum fortunæ nex alius pauperior extitit, Dum ut honeste famem

cibis

cibis sepeliret, ad molas manuarias pretio in die fatigatus laborauit noctes in comedijs scribendis insomnes agens. Nam lauro uictorum & triumphantiũ symbolo honoratus est. Neque Ennio laudis & honoris quicquam ademptũ est, Licet tenui admodum re uixerit ut in Auentino iunius ancillulæ obsequio frueretur. Siquidem cum diem obijsset, corpus Scipiones, quibus in delicijs fuerat suo uoluere sepulchro integi. Non aspernantes Brundusini hominis cineres, Corneliorum misceri cineribus, ut ne commemorem Valeriũ Flaccum Patauinum, qui ulli prædio diues, in quo musas suis tractauit, & omnium iudicio admirandus habitus est & celebris Et uelut poetis non uituperio fuit paupertas, sic in philosophis laudabilis extitit. Neminem enim Alexandro Macedone chariorem fuisse Diogene ac magis familiarem historiæ habent, Licet saltem consarcinato ex multis palliolo, Laertio teste, frigoris iniuriam depelleret & peram pro suo panario gestaret, radicibus & holuscu-

lis ui-

lo uictitans & caua manu uice poculi bibens, Dolioq; uersatili palo alligato incumbẽs, cuius ingressum æstate uersus septentrionẽ uertebat, hyeme uersus meridiem, Democritus suas opulentias uelut bonę mẽtis onera abiecit, Pitaco Mitylenæo Croesus autem munera obtulit, quę studiose repudiauit se satis opulentum inquiens. Hunc tamẽ Mitelenæi ob excellentis ingenij acumen, in tanto habuere honore, ut principatũ illi donauerint quem illis, statutis quibusdam & ordinibus ampliatũ, reddidit, Phereciden Synum exiguis bonis gaudentem quamuis ob incuriã inopiamq; morbo pediculari læsus animam efflasset. Hunc tamen Magnesij magnifice sepelientes multum honorarunt Quanti Mnesarchi annulorum sculptoris filium, Aristippo Cyrineo teste, Crotoniati fecerint uel id argumento est quod hunc Pythagoram nominarunt, quod ueritatem perinde ut Pythius loqueretur Sic ergo palam sit poetas & philosophos, quia rerum inopes fuere, non uiliores habendos,

quia

quia sic non ob ignauiam sed innocentiam suam extitere.

PHILOSOPHOS NON ESSE Apathes pro Stoicorum sententia, sed affectus & perturbationes esse naturales & quaedam de Aristippo.
Cap. VIII.

Stoicorum magniloquentia philosophos Apathes hoc est sic impassibiles esse confessa est, ut serenitatē uultus in philosopho nulla aegritudine, nullaq; formidine obnubilatam uidere possimus. Cynicum Diogenem pro archetypo adducētes, qui glaciem mediamq; hyeme, ardentes harenas aestate, nudis pedibus iocabundus & ridens calcasse fertur, & philosophum Palemonem Academicum rabidissimorum in se canum morsus nihili facientem Nec non Anaxarchidem Abderitem qui a Nicrocreōte Cyn tyranno iussus est in saxū cōcauū conijci, ferreisq; malleis cedi, Vbi philosophus poenā corporis negligēs, Tūde, tūde d[illegible]

xerit,

xerit, Anaxarchidis uasculum Anaxar
chum non terret. Ad quæ tyrannus illi
linguam præcidi iussisset, qua philoso
phus morsicus in faciem iussoris con-
spuerit. Hic certe Stoicorū asserta ma-
gis gloriosa quam uera duxerim, quū
etiam constantissimi uiri aduersus ful
minantis fortunæ ictus expallescāt, ad
sonitrua fulgetra & terre motus cōcu-
tiantur, & ad maris undabundi procel-
las inhorreant. Cuius diui Augustini
assertis inhesserim qui perturbationes
in philosophis & alijs, naturales esse &
non uoluntarias scribit, Id quod etiam
uerum esse in Aristippo Cyrenæico cō
pertum habemus. Qui cum olim naui
gar et mare procellosum & molestum,
nauigiumq; quo uehebatur, turbinu-
bus crebrioribus iactaretur, cepit colo
ris & uultus turbatione moueri, ac pal
lescere, ac ubi feruor ille maris defer-
buit & tranquillitas rediit. Quidam
mollior philosophū affatus est qui eo-
dem nauigio erat uectus, uelut illu-
dens, quid hoc est inquit philosophe,
quod tu in isto naufragij periculo
timuisti

timuisti expallescens, cum ego non timuerim, quem Aristippus responsione elegantissima remuneratus est, Dicens non eandem causam esse sibi atque illi quoniam is quidem non esset multum sollicitus pro anima nequissimi nebulonis ipsum autem pro Aristippi probi philosophi anima timuisse. Ex quibus infertur diuum Augustinum probe dixisse perturbationes esse naturales & non uoluntarias.

ANIMALIBVS SORTEM INesse uaticinandi, formicas serpeles Apuleio dict, & runcolas, Easdem seruum quendam & draconem morsibus necasse, & earum pedum attritum silices absumi. Cap. IX.

NAturam in re nulla deficientem animalibus quoque uaticinandi sortem dedisse nemo est qui ambigat. Nam eius rei testem nulla exceptione dignum habemus. Aelianu primo

primo historiarum, qui muros incohs ruinosæ domus præsagium ostendere docet, quando inhabitatam relinquūt alteram quærentes non ruinosam, Et formicas futuram famem, si præter solitū grana in suas cauernulas colligant. Quandoquidem autē de formicis breuem attentauimus pragmatiam, non absurdum uidetur ostendisse quòd Apuleius eleganti uocabulo eas Sepedes a numero pedum nominat, seu pedes enim sunt, uelut alia animalia quæ annulta dicit Albertus, & nos insecta, Aristoteles ἔντομα, Epitheta eas præfatus Apuleius septimo libro de Aureo asino ruricolas appellitat, quasi ruris cultrices, qui & seruum quendam morsibus interemptum docet, Sicut Tranquillus etiam Draconem. Tiberio familiarem, pari sorte animā dedisse scribit, Vbi notandum, hæc non ueritatis limites transire, dum earum itinere silices præduri sint, attritos ex naturalibus constet, nullisq; animalibus maiores inesse uires pro sua proportione compertum habemus, & quæ morsu

onera se maiora portent.

PRIMATUM NON SANGUINI *deberesed meritis & uirtuti.*

Cap. X.

OStendum Elij pertinacis Romanorum imperatoris uerba, quæ Polibius quarto lib. decimo tertio capite ex Helinandi historijs citat, primatum quippe inter cives nõ sanguini, sed meritis & uirtuti conferendum, Elius enim Pertinax cum ex senatore imperator esset a senatu creatus, obsecrante senatu ut filium suum Augustum Cæsarem uocaret. Respondit, satis mihi est quòd ego præter meritum regno Primatus enim non sanguini debetur, sed uirtuti, & meritis, Inutiliter etiam num regnat qui rex nascitur. Procul dubio dicebat isti parentis exuunt officiũ, qui filios suos importabili mole superiecta extinguunt. Nam sufficare hoc est non promouere, quoniam uirtutibus exercendi, sunt prius antequam eligentur.

EXEM.

EXEMPLO OSTENDITVR,
quod Boetius habet de Lucretij Romani filio, non esse palmarium si parentes ad puerorum suorum conniueant uitia.

Cap. XI.

HAbet Boetius Seuerinus uir cōsularis historiam, de Lucretij Romani deperdito filio, memoratu non usque adeo indignam, potissimum, quando cunctis qui filios suos bonæ frugis cupiūt futuros, speculum est cristallo perlucidius. Historia hæc est, Lucretius uir Romanus filium habuit, à primis annis ob patris indulgentiam Samiorum flores, quod dicitur, luxuriando inebriando & ludendo, colligentem. Hic ob capitale delictum carcere includitur, ac diutius seruatur, donec patris sui omnium facultatum substantia redimitur ac liberatur qui liber malorum quæ fecerat non immemor, ea continuat assuetus. Vnde patre amplius nihil habente iterum incarceratur, & iudicis sententia capitis damnatur, ac educitur. Interim tamen patrem ad se uocat simulans quid

 sibi

sibi a chaoi instillaturum in aurem, ac sic in patris faciē ruens, illi nasum mordicus resecat, dicens pater si iudē meā ætatem aciter corrigendo admonuisses, iam adultionem non suspendio destinatum exsors naso cerneres. Inquit philosophus octauo Ethicorum, quēadmodum parentes filijs causa habeantur essendi sic quoq; causa esse debeant bene & honeste uiuendi, quibus philosophi dictis Solonem cretam adiecisse uidetur, quando legibus cauit Plutarcho scribente, ne hi pueri suis parentibus alendi necessaria porrigerent, à quibus nulla doctrina in primis annis eruditi essent, à quibus item nulla admonitione perperam agendo moniti.

STVDIOSIS HABENDVS LIBRORVM delectus & librorum multitudini non incumbendum.

Cap. XVI.

MVltum interesse Seneca docet, ut studiosus librorum quos legendum in manus sumit delectum habeat, & diligentem quidem. Epistola enim quadragesimasexta sic scribit,

scribit. Non refert quàm multos sed quàm bonos studiosus euoluat libros, sanus esse intelligens ex bonis honestum percepisse fructum, quàm ex malis inhonesta uoluptatem. Cui libroru quoque exundans displicet multitudo si legatur, hanc enim mente onerare non instituere, epistola secūda fatetur Alexandriæ decem librorum fuerunt milia, & Ptolemæus Philadelphus qui Demoeritem suæ bibliothecæ præfecit uiginti milibus gloriatus est, atque in breui ad quinquaginta se peruenturū dixit, quos omnes si quis legere conetur, citius helleboro purgandum duxerim quam in creditum cuiusquā crediderim.

PHILOSOPHOS AD REM PVblicam gubernandam utiles.
Cap. XIII.

Sunt qui hanc rem publicam esse miseram testantur, quæ philosophorū gubernaculo regatur, adducentes Dionysii filium, Brutū, Cassium, Graccum, M. Antonium & ipsum quoque Ciceronem, qui omnes philosophiæ

studuerint, nihil ominus tyrannide quandoque præcipiendo sentientes. Horum autem placita eximius ille philosophorum princeps diuinus Plato apertissimis refellit exemplis quando scribit nullam bene gubernari rempublicam quæ philosophis careat Socrate nostro adstipulante, qui nisi ciuitatib. philosophi dominentur inquit, eas quiescere haud sperat, sed solis lumen, quibus ut facilius credatur ex Aeliani tertio historiarum libro exempla ostendemus satis lucida. Zeleucus enim Locrensibus summa cum laude imperauit, Solon Atheniensibus, Bias & Thales Ioniæ, Chilon Lacedæmoniis. Neque est qui laudem regimini Pittaci, qui Mitylenensis præfuit detrahat, aut Cleobuli regimen in Rhodios uituperet. Nemo item Anaximandri imperium. Facessant igitur qui philosophos regendum damnant quos tanta autoritas sanxit, ut saltem congressu philosophorum principes sapere dicantur prouerbio.

QVA-

QVALITER DIOGENES IN
sua extrema paupertate se muris ito pia consolatus sit.

Cap. XIIII.

Diogenes Sinopensis desertus ab omnibus hominibus, solus relinquebatur, neque propter egestatem, quisquam sui rationem habebat, partim ob licentiam linguæ, & feram illam morositatem, partim etiam ob sordidem qua in dies utebatur, tristitia confectus est denuo, efitiens marginis uel librorum extremitates manducans, quæ suppetebant, & nihil præterea ciborum. Mus accedens de cadentibus papyri frustulis etiam uescebatur, Vbi Diogenes, diligenter id perspecta, animo recepto ridibundus ait, Mus hic nihil indiget, Atheniensium lauticia. Et quid tu Diogenes a gre fers te cum Atheniensibus non cœnare? atque sic oportunum gaudium ipse sibi conciliauit. Hæc pulchre tractat Aelianus 3. historiarum libro.

DE RIDICVLIS ET *absurdibus amoribus.* Cap. XV.

QVis est tam stupidus qui non hos amores & ob stultitiam ridendos & ob absurditatem uituperandos putet? Primū Xerxis qui Platani amore grauiter capiebatur. Deinde cuiusdam adolescentis Atheniensis, summo loco nati, qui statuam Bonæ fortunæ ad Prytaneum stantem deperibat, & sæpe in complexus eius se insinuans œstroq; percitus, propter cupiditatem, in senatū ueniebat eamq; rogans ut sibi eam liceret emere. At cum nihil efficeret multis regijs fortis & corallis imagine coronata oblato sacrificio, profusis innumeralibus lachrymis mortem sibi ipsi consciuit.

CVIVSDAM SYRACVSANAE *mulieris docetur exemplo nulla metus ratione uetilitatem obtinendam* Cap. XVI.

OMnibus Syracusanis expetentibus Dionysij tyranni mortem nimium crudelitate furentis. Mulier

liet quædam eiusdem regionis multū senio grauata, ab incolis dissentiens cor dictus ā dijs precabatur. Dionysium superstitem diutius, & incolumem per mansurum. Vt autem multę regum au aes sunt mulieris uota ad regem dele- runtur, qui ualde admiratus unde hāc immeritam sibi donaret beneuolentiā, uocans eam ad se ut huius causam di- quireret, quæ tyranni, non ueritæ gra- uem iram, dixit ô rex cum puella fue- tum paucorum annorum, & regem ha- beremus ualde tauricum, pati consen- su mortem optabamus eiusdem, sed eo interfecto, deterior successit quem i- tem ferocientem ægre tulimus, & ter- tium nacti sumus peiorem mul- tò. Timeo ergo, ne si tu abesses, licet summa in subditos grassaris seuitia, sub sequens, te crudelitate uincat. Ex hoc mulieris responsa deprehenditur ma- luisse ueteris ostensa ueritate mori, quam hoc obnubilata men- daciter ui- uere.

ALEXANDRI NEQUAM ASSERTA de P. Vergilio Marone.

Caput XVII.

SCribit Alexander Nequam in libro de rerum naturis satis absurda de P. Vergilio Marone, sed auditu non admodum iniocunda. Quippe quod Neapolim aliquando magna sanguisugarũ copia molestaret, ubi poeta auream sanguisugam in puteũ quendam deiecerit, cuius sorte omnes sanguisugae uniuersim exanimarentur, quã tamen post longam annorum seriem puteo expurgata & aurea sanguisuga exempta reuerterint Neapolim molestaates, donec auream sanguisugam puteo iterũ immiserint. Idq; sua qua floruerit necromantia contigisse. Necnon & palatium Romae aedificarit supra modũ celebre in cuius pinnaculis singularum regionũ circũiacentium icones ex ligno celauerit, tenentes singulae in manibus campanam, ea arte compositam, ut si una earum, Romanorum maiestati obniti statuisset, huius iconis campana sonaret, atque uertici huius palatij cataphractum

phractum equo æneo insidentem cum posuerunt hasta in eam regionem vibrantem, ut Romani facilius sibi ab hac casurae parataſq; insidias declinarent. Quæsitus deniq; idem vates quidiu ā diis consentiendu illud nobile esset palatiū qui respondens, stabit usq; dū uirgo pariat & est filium, q̄d audientes Romani, crediderint æternitatis opus struxisse, sed hac nocte ruinam dederit quando uirgo Maria saluatorem Christum peperit.

QVID COMPLVRES PHILOSOPHI dixerint in funebri pompa Alexandri Macedonis

Cap. XVIII.

SCribit Alphonsus Hispalensis in libro suo de prudentia mortuo Alexandro plures lugendum conuenisse philosophos. Qui cum uiderint aureum illud paratum sarcophagum, dixerit unus heri Alexander ex auro sibi fecit thesaurū hodie thesaurus est auro. Alius, heri mūdi ambitus Alexādro nō fuit sufficiens hodie moles terræ octo pedū Alexandrum integit, quia nolens

volens

uolens contentatur. Tertius, heri imperabat Alexander cunctis, hodie non est, etiam de infima plebe tunicatus, qui hunc uetetur, & illi non imperet. Quartus, heri multos liberauit Alexāder a morte, hodie non est quisquam qui eum liberet. Quintus, heri ducebat Alexāder suū exercitū, hodie ducitur idē sepeliendū. Sextus, heri premebat terrā, nūc terra premit Alexāder. Quibus philosophorum dictis sapienter admonemur ne ridenti fortunae nimium fidamus, dum res humanas in Alexandro stabiles fuisse cernimus.

GENTIVM ET POPVLOrum diuersos esse mores.

Cap. XIX.

ET gentium quarundam ex Aeliani quarto libro adposuisse mores non dissonum uidetur. Leucanorum enim lex sic habet. Si sub occasum solis uenerit peregrinus, uolueritque sub tectum alicuius diuertere, & is hominem nō susceperit, mulctetur, & poenas luat in hospitalitatis grates, Dardanenses Illyrides ter solummodo per uniuer-

niuersam uitam se lauare consueuerūt, post partum, cum nuptias ineunt, & cum morte obierunt, Indi ad usurā, pecuniam non locant, neque accipiūt. Sed neque fas est hominem Indum aut iniuriam inferre aut pati. Proinde neque syngraphum neque depositum faciunt, Sardoi lex quoque fecit ut filij parentes iam senio confectos fustibus cederent & interemptos sepelirent, absurdum arbitrantes esse, si delirus senex ulterius in uitiis ageret, eo quòd sæpissime in fraudem peccatumque impellatur corpus senectute grandæua maceratum. Apud eosdem eiusmodi lex erat, ut pœnas ignauiæ & socordiæ cōstituerent. E qui ocio se uiueret, eum rationem reddere oportebat, & unde uiueret ostendere. Assyrij uirgines factas coniugio maturas in ciuitatem aliquam conducunt, atque ueenum proponunt, & quam quisque emerit, eam sponsam abducit. Biblij in uia, si in aliquid inciderint, nihil tollunt quod nō reposuerunt, Non enim hoc inuentū, sed furtum arbitrantur esse, Berbiceæ

omnes

omnes septuagesimum annum egressos interficiunt, uiros mactando, mulieres uero strangulando. Colchi mortuos suos in pellibus sepeliūt, & insutos ex arboribus suspendunt. Lydis mons erat, ut mulieres antequam cum maritis concumberent, corpus prostituerēt. Cum autem semel laxatæ fuissent, deinde omni tempore continentes essent. Quæ uero postea cum alio rē habuisset ea sine uenia et misericordia plectebatur.

DE PLATONIS PHIlosophi morte.

Cap. XX

Platonem ob uerecūdiam exhalasse animam quidam minus uere q̄ ridiculose scribunt, scribunt enim Platoni littora maris obambulanti, piscatores ænigmatis uice quæstionem proposuisse ut uiro cui nihil lateret, quam cum nesciuerit in tantam delatus sit uerecundiam, ut marcescens animam dederit. Quæstio autem talis erat. In densis syluis uenamur, bis quinque catellis, quod capimus amittimus, quod

quod non capimus seruamus. Vbi diuinus philosophus quæstionis thema piscationi non pediculationi adaptans a scopo ueluti interpres ignarus aberrarit. Polibius autem quod annis decesse rit octuaginta & uno complens uersibus scribit Et Seneca huic succinit octauo libro epistolarum quinquagesima nona epistola. Additque defuncto, Magos qui tunc forte Athenis fuerant, immolasse, amplioris esse sortis hunc quam humanæ ratos, quod consummasset perfectissimum numerum quē nouem nouies multiplicata componunt. Tullius eadem habet de senectute capite secundo.

PHILOLOGIÆ LIBER QVINTVS.

MELANTII GRAECI DIctum ad Gorgiam, & quædam ex Herodoto de uxoribus.

Cap. I

VM inter Græcos dissidium esset ortū, Gorgias Leontinus in concordiam eos trahere uolens, sinuosum uolumē de concordia ad illos scripsit, unde Melantius Gorgiæ æmulus, sic inquit: totam inquit Græciam inter se dissidentem in concordiam trahere statuit, qui sibi se, uxorem & ancillulam tres in una domo hactenus concordare potuit. Ancillulæ namque elegantia superabat uxoris decorem, quod eam ualdē molestabat. Vnde Gorgiam iniurijs lacescens, dissidio studebat, Sic ergo tutissimum uidetur in pedissequas uxores

res se pulchriores habeant, D. Hieronymus scribit grauissimum esse sapienti hoc dubium, quippe an bonam uel malam ducere liceat. Vel inde quòd Herodotus mulierem cum ueste deponere uerecundiam scribit.

EOS QVOQVE TIMERE, quos multi timent Dionysius Syracusanus exemplo suo ostendit.

Cap. 12

Dionysius Syracusanus sese metus aculeo quoq; percussum ostendere uolēs, alicui qui hunc omnibus formidini esse dicebat, seq; neminem timere dixit, nudum in mensa sedenti ensem super caput de pilo pendere fecit, ut securitatem aut felicitatem suam per hoc manifestare illi posset. Dixit enim, amice non times hunc fortuitum lapsum de pilo? qui respōdit, timeo maxime, Dionysius contra, sic omni hora ensis hoc est fortuitum periculum nunquam liber, pertimesco. De eo similiter historiç habent, quod usq; adeo tonsoris nouaculam timuerit ut ardentis

 carbo-

carbonis medio barbam adusserit, consortis fugiens rasuram. De Alexandro simile Tullius secundo officiorum habet. Istum enim nunquam sitae uxoris cubiculum intrasse scribit nisi ex suis satellitem quendam praeambulantem haberet, qui stricto ense muliebres perscrutasset arculas. Cui tamen parum timuisse profuit. Nam ab ea propter pellicatus suspicionē interfectus est. Massinissa item timorosus custodum abhorruit diligentiam ac canum fretus latratu securus dormiuit.

NON VESTIUM ORNATU FAMAM AUT LAUDEM ASSEQUENDAM DEMOSTHENIS PROBATUR EXEMPLO

Cap. III

Demosthenes, antequam sua eruditis innotuit uirtus & eloquētia, purpura usus est, & lautiore uestitus nitore, sed istis uulgatim publicatis, forum tunicatus accessit, sic innuens populares hos saltem emere causidicos & aduocatos qui phylateria dilatent, & uestium splēdore cōspicui sint, ideo dicens. Abeat nunc pompa, mihi

enim

esse fanus duco, ex me non aliunde glo riā nancisci, q̄ suffragiis emendicatā ab extrinsecis dici poterit. Virtutis titulo magis clarescit quisq; quàm splendidis simo luxus nitore. Hæc Polyb libro octauo cap decimotertio.

INGENVOS PVEROS VIRTVTIS causa ad labores assuefaciendos esse, imperatoris Octauiani docetur exemplo.

Cap IIII.

NOn quenquam nisi diu laboris medio occalluerit uirtutem nancisci imperatoris Octauiani docetur exemplo. Hic enim, autor est Polybius octauo libro à pictis bacillis, q̄d dicitur, filios suos, etiam adoptiuos ad militares gradus instrui curauit, ut essent saltarent, uel cursu metam attingerent, seu missilibus telis iacularent, aut natantes, enatare perdiscerent, contis & tem & pugnis cæsim & punctim in hostes adultiores effecti, omni telorum genere, ut uterent. Filias autem lanificio addicauit ne turpi ocio marcessent, aut si egestatis termino premerentur arte manuaria se uirtuose

 educa-

educarent, gyneconitis enim medio hæc neuit, altera pinxit acu, tertia pollicefila traxit, aut lanam carminauit. Sciens prudẽtissimus imperator uirtutes ocio minime acquirendas, Cicero Lycurgi præcepisse leges secundo Tusculanarum quæstionum scribit, Iuuentutem uirtutibus à crepundijs ferme erudiendam quæ non somno uel turpi ocio sed laborum frequentia, æstu, algore, per saxa & ignes nanciscantur, Ciceronis scriptis patum Senecæ dissentiunt placita quando secundo libro de prudentia Lacedæmonijs usitatissimũ fuisse perhibet ut subinde filios suos adhortarent ne ad flagellorũ uibices animum submittere uellent, sed perseueranter, si casus obtulisset, humeros uulneribus non subtraherent, causam sufficientes assiduitatem quippe contemptus periculorum, ad labores solidissima corporis membra parere, uelut hoc cernamus in nautis qui crebris naufragijs alacriores reddantur & militibus, qui dum periculum aliquotiens euasere sunt fortiores efficiantur, seu agricolis quando

quando laborum assiduitate, ferendū robustiores iugiter reddantur.

QVANDO VARIETAS ET FERculorum luxus primum ceperit de quorundam principum frugalitate, & quorundam deperdita gula luxuria.

Cap. V.

Asiatica uictoria, ut refert Liuius libro nono belli Macedonici, peregrinæ luxuriæ originem in urbem, & post modum in omnes exteras nationes deriuauit. Nam antea tam frequens lauticiarum non fuit studium, sed hac uictoria nacta epularum exoticarum mille ceperunt esse genera, ceperunt item coqui uilissimū prius mancipium, in magna æstimatione & precio haberi, qui uarijs cibis helluonum & uappanum oculos pascerent, saporibus palatum reficerent, & nares redolentibus distenderent odoribus. Vbi non immerito bonus stomachus sibi à natura iniuriam illatam conqueri possit, ut qui oculis priuatus, palato, & na

ribus, per quæ ferculorum uarietates intueri, sapores gustare & odores olfacere posset, tantum asotis obediens ingerendo quæ uolunt, etiam ad tantam saturitatem, ut quamuis crebris ructibus se ad plenum farcinatum ostentat, tamen non cessat gulosorum curiositas plura ingerere, diuus Hieronymus in eos excandescit epistola nonagesima quarta, infelices nominans qui maiorem famem habeant quàm uentrem, prisco seculo frugalitas non tantum philosophis, sed magnatibus quoque culta est Polyb. teste, Augustus enim Cæsar si panem secum habebat secundarium, parcos, pisciculos & ficus se laute arbitratus esuriuisse. Scipio Aemilianus inter eundum in publicum pane uesci solebat cibario famem non aliter optimum esse obsonium eaius, quam sitienti aqua potius nectareus, & amores tentigine illecto mellitissima Venus ancilla, etiam informis, Ptolomeus rex per deserta militans Aegypti pane subcinericio in casula oblato, nil illo pane iucundius unquam commedisse

medisse affirmauit, & ideo tempore isto macrobios id est longæuos æuis tulit sicut Plinius id pulchre in Prologo decimiquarti naturalis historiæ uerbis istis ostendit. Quando uoluptas uiuere cœpit uita ipsa desijt.

DE IIS QVI PRAETER DECOrum maximos sed inanes sumptus ad ostentationem faciunt.

Cap. VI.

Legimus Neronem Augustũ uestem unam non bis induisse, piscatum aureo rete, purpura & cocco funibus nexis usum, & equo necdum solis argenteis roboratum, domum itẽ non solum auro perlitam habuisse, sed gemmis atq; unionum conchis tabulatam, Necnon populo ludis Circensib. gemmas, margaritas aurum atq; argentum sparsisse, Gaium Cæsarem fulgentẽ barba quãdoq;, si in publicũ eũdũ fuerat, aurea usum, & Iouis fulmina seu Mercurij caduceo, Varius Heliogabalus aureã matulã ad corpis excremẽta

excipienda præsto habuit, gemmas ab optimis sculptas artificib. in calceamẽtis portauit, & nunquã minoris cœnauit centũ sestertijs, hoc est triginta argenti libris atq; sex cẽtorũ scaurorũ capita multotiens ut saltem cerebellis uiuerent apposuit, persæpe etiam runicatos luporum & murenarum lactibus pauit. Post mortem Mitridatis Ponti regis in sua regia inuenta legimus duo milia poculorum ex onochite lapide, equorum frena & phalleras nõ solum ex auro, sed etiam gemmis. In armario Luculi Fato functi reperta sunt quinque milia uestium scœnicarum, quod magna perditio fuit. Sed Ptolomei nec minor est, quando mille conuiuas totidem aureis poculis saginasse fertur, semper cum ferculis uasa immutans. Silla quoque superfluens adeo in apparandis cœnis fuit, ut uinum quadragenarium populo exhibuerit, & in condimẽtis omnis generis, ac dapibus ita redundauerit ut post saturatum populum magnam reliquiarum uim deijci in flumen iusserit, quod perdere fuit, potius

potius quàm abundare. Aulus Vitellius epulas trifariam, interdum quadrifariam partitus est, in ientacula, prādia, cœnas & commessationes, quibus omnibus ut satis esse posset, sæpius euomebat, singuli apparatus non minus quadringentis hominum millibus constabant. In cœna illa famosissima quā fratrer ei exhibuit, apposita dicuntur duo milia selectissimorum piscium, & septem auium. Allata etiam patina, immensæ magnitudinis, referta scaurorū iecinoribus, phasianorum ac pauonū cerebellis linguis phœnicopterum & murenarū lactibus, quas a Carpathio mari & Freto Gaditano triremibus aduehendas curauerat. Cui sumptus isti futiles placent perditionis barathrum ferre dicetur & ipsa perditio. Agathoclis eius frugalitati inherendum suasferim, qui fictilibus & samijs usus est culullis in suis conuiuijs. Et filij Vespasiani cuius conuiuia non fuerunt profusa nec sumptuosa, sed iocunditatis plena.

DE CICONIARVM PIETATE *in suos parentes.*

Cap. VII.

EXtat lex pietatis magistra, quæ edicit ut liberi suos parentes alant, ac in necessarijs subleuent. Hanc itaque legem quam plerique etiam mortales negligunt, sola ciconia inter omnium animalium genera exprimit. Reliqua tantisper amant, agnoscuntque parentes, dum egent illorum ad nutricationem opera, Vna ciconia parentes senecta defectas uicissim alit. Et ut Diuus Ambrosius in hexamero scribit, proprijs pennis nudatos parentes suis plumis uestit, ac uolatus impotentes, suarum alarum fulcro subleuat ad uolandum. Ob hoc, autor est Suidas, antiquitus in regum summo sceptro ciconiæ figura ponebatur ac in imo Hippopotamus, ut ipso gestamine reges admonerentur, pietatem in primis colendã, & uiolentiam cohibendam. Est enim Hippopotamus animal uiolentum & crudele, atque adeo impium, ut patre interfecto matrem ineat. Testis est Plutar

chus

chus in commentario cui titulus ultra animantia sint prudētiora, terrestria an aquatilia.

NATURAM HOMINI POCULUM dedisse quo utatur, sinens ostendit Diogenes & paucula de eiusdem morte.

Capi VIII.

Diogenes quæ extra naturam erāt haud magni fecit Laertio teste, sed potissimū hoc tempore qua do puerum iuxta fontem ex concaua manu aquam bibere uidit. Confestim n. scyphū quē diutius in perula sua portauerat cū obiurgatione sui, quia tā diu inutile pondus secum portasset pedib. calcans, infregit, Stultus inquiens ego scyphū portans, quū natura rerū opifex manū poculi loco tribuerit. De morte Diogenis alia scribit a Laertij dictis Satyrus Thyllus peripateticus, qui omniū ferme philosophorum descripsit uitas. Sic enim habet, Cum Diogenes cū suis amicis Agonem Olympicum inuisere statuisset febri correptus est in itinere. Vnde in crepidinem hoc est in præruptæ saxi altitudinē sub arboris umbrā secessit,

ſeceſſit. Volentibus autem amicis eum iumēto uehi ſeu rheda, dixit abite queſo ſpectatumq; pergite, hæc nox aut me uictorem præſtabit, aut uictum. Si uicero ad Agonem ueniam, ſi febris me uicent, ad infernum. Ibiq; per noctem eliſo gutture non tam mori ſe ait, quam ſe febrem morte excludere.

M. VARRONIS DE VXORVM ferendis contumeliis ſcite dictum, & pauca de Socrate.

Cap. IX.

M. Varro in Satyra quæ Manipea inſcribitur uitium coniugis aut tollendum aut ferendum eſſe docet. Nam ſi maritus tollat, commodiorem inquit præſtat, ſi fert, ſe ipſum meliorem reddit. Huic ſimilia noctium Atticarum A. Gellius libro primo de Socrate ſcribit. Hic enim ab Alcibiade interrogatus q̄modo Xantippen admodum ſenſē & iurgioſam, quæ diu noctuq; muliebribus in eum graſſaret conuiciis in ædibus ferre poſſet, cur eam non eliminaret? Reſpondit

quia

quia eius conuicia lucrum duco, quando enim domi talem perpetior ſerre aſſueſco et exerceor ut cæterorum hominum ſors quoq; perpeti ualeam petulantiam & iniurias.

SOMNIORVM ALIQVOT EXempla quæ Galeno addiuinantia dicuntur

Cap. X.

Somnia addiuinantia Galenus ea uocat quæ rei ſomniatæ aliquod euentus ſymbolum oſtendunt. Tale hoc fuit quando ſomniaſſe quendam ſcribit, crus alterum ſibi lapideum factum, qui expergefactus ea corporis parte paralyſim incidit. Et hoc quando Galenus bis per ſomnium admonitus eſt, cum diuturno dolore in ea parte infeſtabatur, qua ſepto tranſuerſo iecur continuatur, ut arteriam quæ inter pollicem & indicem comparet aperiri curaret, qua aperta ſanatus eſt. Item hoc cum Cæſar Auguſtus decumberet in caſtris, admonitus eſt à Philippo ſuo medico, qui per ſomnium uiderat illi in taber-

Vbi altero die cæcus præfatar
occupat, thesaurioli locum dil
inuenit, & argentum furto su
ductori silēter inquit sacerdotu
plures templum in dies obar
ru, si quempiam eorum quand
deo subridentem uideris me i
hunc alloquar, admone, ducto
& cuidam subridenti cœcum a
qui sic exorsus est. Domine m
stra honestate ac uitæ sinceri
gione multa bona sæpius audi
animo incidit, secreta mea præ
manifestare uobis. Attendite e
curate prius ne quis colloquer
audiat, habeo hic sub illa sede
libras monetæ infossas quas n
num quisquam nouit, & alias
ginta habeo quas infossis cras
statui. Sed quia senex & capul
mus sum. Rogo ut me mottuc
xaginta libras in uestrum usun
tis, atque pro salute animæ me
quæ decent faciatis, ad quæ
gratias agens studiosissime se
spe melioris furti promisit, ac c

sente confestim ablatas triginta minas in locum reposuit, ratus cœcum alias triginta etiam adpositurum, quas omnes simul rapere posset, de cœci nihil cogitans illusione. Sed cœcus in templo aliam sedem de qua ad pecuniam, ceu custos uidere poterat, occupauit. Vnde uidens sacerdotem fatuum, pecunias reposuisse & abeuntem notas, confestim suas libras de loco captat, & abit. Sacerdos autem sequenti die summam in duplo se rapturum opinatus, nihil inuenit, Sic cœcus eorum delusit hiantem.

DE SOMNIIS QVAE EX *humorum emergunt redundantia.*

Caput XIII.

ADscripsimus quæ somnia Galeno addiuinantia dicantur. Nunc Auicennæ adminiculo à singulis humorib. orientia ostendemus somnia. Et in primis symmetriæ humorum inditia obijcimus. Humorum enim æqualitas, iocunda somniat, permulcentia & spem inducentia optabilem, me-

Iodías, conuiuia, & dignitates,
tuũ quippe ſerenitate. Vbi ſi
humorum redundantia in cor
linquit plectorico, ſomnia alit
dunt: opinatur enim quis ſe m
poſſe, aut ingeſtabili onere gra
linguæ eſſe impeditæ. Qui u
uolare ſe opinantur & pernicit
cunque rapi, prætenuibus hu
abundare creduntur. Sanguini
patum nimirum ſomnia prod
bentia, ſanguinis profluuium,
ſationes, amores, cantus & ſalta
Aquarum uerò niuium, plu
fluminum, molendinorum, piſc
nauigij ingenerant idola phle
habere. Cum autem imagine
piuntur ignium, citrini quid
rixarum, diglodiantium, inc
bilis præualet rubea. Sed a
lem terrifica ſomnia monſtrant
dinem, cimiteria, malos ſpiritu
tuorum imagines, & luctuoſas
non principis modo ſcripta co
Sed Auerrois quoque colligit
capite 15.

PASTOPHORI ET PASTOphoria quid apud autores significent, Ac Venus cur pastophoros Græco epitheto dicatur.

Cap. XIIII.

L Apuleius libro undecimo Aurei asini locum tenebricosum habet, quando inquit, Cœtu pastophorum uelut in concionem uocato. Vbi uocabuli pastophorum, significatio, multis ignoratur. Huius ergo declarationem authorum suffragio huc pono. Nam pastophori sacerdotes sacrosancti Græca ditione nuncupantur, quasi thalamiferi qui in supplicationibus ferebant. Et Pastophoria horum sacerdotum domicilia, id est sacerdotum de quibus mentionem fieri apud scriptores ecclesiasticos potissimũ habetur. Nam 1.lib. Machabeorũ scriptũ legitur. Et uiderunt sanctificationem desertam, &

 altare

altare prophanatum, & portas
& pastophoria diruta, Eusebiu
cimo historiæ ecclesiasticæ,
tanti ambitus spacia occupa
phoria. Venus item Græco
pastophoros quasi thalamife
nata fertur.

DE LVGVBRI CYANIPPI
cis Thessali filij & suæ uxoris Leu
ex Parthenij Nicensis historij
euentu.

Cap. XV.

IN Thessalia Cyanippus fili
cis Thessali, in amore ualde
puellę Leucones uenit, qua
à parentibus impetratam in u
xit. Erat autem plurimū uena
ditus. Ita ut per diē leones & a
sequeretur, noctu autem fatig
nitus accederet puellā, adeo u
do neq; sermone cum ea habi
fundum somnum deferretur.
la pre mœstitia & doloribus co
ops facta, diligentiam adhibe
cognosceret, quid faceret tand
nippus, qui ita perpetua dele

circa montes cōuersatione, quare mox usq; in genua uestib. suffarcinata, clam ministris omnibus syluam ingreditur. Porro Cyanippi canes forte ceruū insequebātur, & quia ob longā uenationē ex mansuetis ferociores erant redditi, cum puellā olfecissent, eam inuaserūt, nemineq; prohibēte totam dilaniarūt. Atq; ita ob amorem iuuenis hic mortē sortita est, Cyanippus uerò superueniens, ac truncatā deprehendens Leuconem, magno dolore repletus est. Vocatisq; ad se ministris illam in extructum rogum imponit, & primum quidem canes simul ad rogum mactat, post uero uehementer puellam lamentatus seipsum quoq; interficit. Hęc Parthenius Nicensis præfato libro cap. 10.

AVICENNAM, ALBERTVM MAgnum *& Theophrastum impudenter errasse in descriptione radicis mandragoræ, Et qua arte illa mandragora quam Agyrtæ & circumforanei in hominē figuratam & uitro inclusam, ut plebi sic imponant, ostendant conficiatur.*

Cap. XVI.

SCribit Plinius libro 8. cap. 22. non reperiri tam impudens mendacium

 ut teste

utteste careat. Vbi firmiter
dum induxerim, Auicenna
sui mendacij quod de Mandra
bet contestantem sibi elegisse,
Albertum citat cognomine M
Cui quidam Theophrastum a
simul affirmantes Mandragor
çem adeo hominis criniti repr
imaginem, ut etiam sexus d
ostendat. Quamuis Dioscorid
nus & alij scribunt Mandrag
dices duas uel tres habet e sibi
implicitas, foris aut insupetfic
intus tapæ instar candidas. Nu
minis çriniti facientes mentic
uicenna secundo cano. capit
Theophrastus libro sexto de
Dioscor. libto quarto capite s
simoquarto. Ne autem in G
Dioscoridem, Montegnanam
huius farinæ doctos hæc præ
cudetur mendacij faba, quia
euentus apud agyttas radicem
tam hominis figutam teptese
ostentat, sciendum est radicem
gi in talem iconem celatam, &

rum ad tempus certum terræ infossam, sic ut pili id est radices tenues & pilorum instar recrescant, est enim hæc radix per se pilosa. Sed mandragoram fingendi circulatorum, alium modum docet Baptista porta Neapolitanus secundo libro magiæ naturalis. Dicens Brioniæ radicem habeto ingentem, acutaque scalpri acie fœminam aut uirum effingito, adiectis genitalibus, cum absolutam noueris, inguina uel pilorum loca stylo perforato, ibi milium uel aliud cõ dito quo radiculas proijciens, pilos imitetur, breuique effossa scrobe, tam diu ibi finito, quám diu & cortice quadã fuerit induta & radiculas proiecerit illas.

EXEMPLIS OSTENDITVR quod terrena uoluptas uolubilis & statim casura sit.

Cap. XVII.

Eorum quibus homines plurimũ fauent, & quæ ab iis perdite amãtur, non est diuturna possessio. Sed momentanea sunt & caduca, potissimum si fortunæ uolubilis subijciuntur ludibrio. Quod uerum

esse per exempla eorum oster
qui apud homines dij fuerunt &
tam uitam omnia quæ terrena
promittit consecuti sunt. Exen
Iulius Cæsar qui per syrtes & r
ricula rerũ regni fasces assequu
& nondum plenis uelis in imp
uigauit, cõiurationis tempesta
ta, tribus & uiginti plagis con
nimam dedit. Caius Caligula,
nium usq; & decem menses re
suis necatur. Et Nero sextus in
in tricesimo ætatis flore se ipr
pugione confodit Galba senex
rij septimo mense in urbe ad la
tij traducitur & per Gregariu
caput, quod toti orbi legem de
mittit, Ottho nonagesimoqu
perij die mucrone se iugulat, V
quo uix sumptuosior extitera
cum ignominia ex ædibus tra
to & stercore conspersus spat
supposita, ne præ pudore facie
naret minutatim excarnificat
Domicianus ex optimo pat
mus filius, anno imperij decin

to tanto infelicior quanto eius potentia maior extitit per suos animam reponit, Antoninus Commodus omnibus incommodus, duodecimo regiminis sui strangulatur. Helius quòd illiberalis esset & sordidus, sexto mēse postquam regnare cœperat, palàm occiditur. Antonius Caracalla septimo Imperij sui anno, dum leuandæ uesicæ gratia de equo descendisset à Parthis opprimitur. Heliogabalus homo flagitiosissimus quarto regni anno tumultu militum enecatur. Decius Imperij secundo anno à Barbaris occiditur, cadauere eius nusquam reperto. Valerianus qui cum Galieno regnauit, captus à Pacoro Parthorum rege, non statim occisus est, sed ad diuturnam mortem reseruatus Pacoro equum ascendenti, pedum fuit scabellum uel suppedaneum. Et sic merito quis cum Satyrico exclamare poterit.

Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.

Adposuimus hæc ut quisq; meminerit breue & intercisum esse omne quod in

hac uita nos allicit, & ut intelligat
nullam uoluptatem esse sincerã. Q
etiam Homerus poeta clarissimus
cet. Quando in limine Iouis duo
dolia scribit unum mellis alterum f
plenum, & singulis animabus e c
in corpora descendentibus ex ut
dolio portionem dari.

CVR BONIS MALA SAEPEN
*mero eueniant philosophorum opi-
nio & quid sit Pythago-
ræ palin gene-
sia.*
Cap. XVIII.

Platonici quidam, in quorum e
cho Plotinus habetur, cur bon
gellentur causam inquirentes
Pythagoræ palingenesiam recurrer
qui ab aliquo dæmone persuasus se
quando Euphorbium, aliquando
uonem fuisse putauerat. Existim
runt ergo animas pluries in corp
bus fuisse, & p unius uitæ meritis,
mia in alia uita recipere. Et sic fie
quæ uni corpori iuncta peccauerit
alterius coniunctione plectantur

ita iuste potuerit pro Euphorbi scelere pati Pythagoras. Sed hanc Palingenesiam catholica ecclesia non audit, habet enim eam, quam Christus his uerbis expressit, oportet nos nasci denuo: quã admiratus Nicodemus. Quomodo homo iterum nasci queat, quum sit senex. Est autem palingenesia regeneratio, aut reditio post tempus, animarum in corpus pro opinione Pythagoræ.

CVR OVA IN VETERVM REligione sacra fuerint. Qualis Columellæ & Aristotelis dissonantia in ouorum exclusione. & quæ bene aut minus nutriant oua.

Cap. XIX.

IDeo religioni oua cõsecrata & in honore cunctis olim gentibus fuisse legimus, quod capiête omni mũdo tot animaliũ naturas & genera, nullũ fere est in q̃ nõ ex ouo species aliqua nascat uolucres passim oua gignunt Aquatilia in mari pene infinita: in terrestrib.

lacertę,

lacertæ,in ambiguis & quibus in te
æque quàm in aqua,uictus est Cro
dili. In bipedibus aues, in carentib
pedibus angues, In multipedibus .
telabi,sic ergo in religione ad placan
exorandaq; numina laus ouorũ in
buit.Sed gulę proceribus nondum
tis cõstat quæ oua masculina sint &
minina,hoc est quæ mares excludã
quæ fœmellas Columella libro 9.ca
Ea mares progignere docet quę ob
ga sint & acuta,& fœminas quę rot
da sunt uel instar globuli spherica.
considerans q; Philologus 6.lib.de
malium historia dicit oblonga & f
gio cacuminata fœminã edere & ro
da in orbiculum obtusa marem. V
men si mihi optio eligendi ueriorẽ
nionẽ adscriberetur, Columellæ ut
laticę rei experto magis subscriber
Nam sic meum non est hanc tanto
uirorum dissonantiã in symmetriã
gerę ac lites ad certũ cõponere. Q
aũt in hãc de ouis incidimus prag
tiam non omittere libuit,quæ ex g
narum ouis corpori humano nutr

dũ sint habiliora. Et dicimus inter mollia, sorbilia, & dura, cocturam saltem discrimen facere. Nam quantum ouo cocturę accesserit, tantũ in nutriendo uirium illi accrescit. Sorbile est, quod cocta concepto tantũ calore, uix densari ceperit & liquidũ adhuc est, exiguas uel mediocres in nutriendo uires obtinet. Tenerum siue molle ampliore coctura densatum maioris nutricatus creditur, & quod igne duratum ut masticatione indigeat, nutriendo prævalet, si digestioni rectè obediuerit.

IOCVS PHILOXENI POETAE *ad conuiuium uocati.* Cap. XX.

PHiloxenus poeta quidã cum esset ad conuiuium uocatus & per hospitem ater adponeretur panis. Caue inquit hospes ne multos ne tam nigros adponas panes. Nam faceres tenebras, quum nigredinis sit obscurare, & atras tenebras inducere, albi uerò illustrare & lucẽ facere. Contigit itẽ ut ad istos panes nigriores quispiã adportasset, cui dixit umbras fers non panes ob maximam nigredinem.

FINIS LIBRI V.

MARSILII

FICINI THEOLOGIAE PLATONICAE SCIENTISSIMI PHILOSOPHI, de Studiosorũ tuenda sanitate, ad Laurentium Medicen, liber, cum Georgij Pictorij Villingani Doctoris medici scholijs diligenter enarratus.

ISTIS ACCEDVNT EIVSDEM *Pictorij in septimum Plinij naturalis historiæ librum, enarrationes, non citra puluerem conscriptæ, cum rerum & uerborum copioso Indice.*

BASILEAE,
PER SIXTVM HENRICPETRI.
M. D. LXIX.

INTEGERRIMO, PRVDENTIQVE VIRO, DOMINO HEINRICHO PETRI, ciui & typographo Basiliensi peritissimo, domino & patrono suo omnibus modis obseruando, Georgius Pictorius Villinganus, apud Archiducalem curiam Ensishemij superioris Alsatiæ archiater.

S. D.

QVIA hominem cæterorum animalium Finem, & gnomonẽ, ingentissimis naturę beneficijs decoratũ, & solum rationis acumine prædictum ad contemplandum & agendum, esse plasmatum uel ecæcis clarum est, (integerrime uir) Non ab re dubitandum censuerim qualiter suo fini, seu plasmationi hic acquiescere

quiescere duxerit, qui neque sedulus agere conatur, neque officiose contemplari studet, Dumutroque neglecto, hominem exuere hominem pateat, & statuam fieri constet, fruges consumere natam, Id quod & philosophus docet, quando naturam rerum solertissimam opificem, nec minutulam rem frustra & nō ad aliquas actiones creasse testatur. Circa quę, prudentissime uir & patrone singularis, mihi ultro citroq; cogitanti incidit & me hominem esse actionis & contemplationis instrumentum, à natura omnium perfectissima architectrice creatum, quod item ab homine in rudem statuam degenerare facile posset, si turpi otio torperet, & diutius in uacua resideret consoris umbra. Sic ergo Marsilij Ficini philosophiæ Platonicæ uiri omnibus

omnibus numeris absolutissimi, exdeliberato De Studiosorũ tuenda ualetudine libellum, scholijs meis illustrandum in manus propterea sumpsi, ut per eum tibi, qui in huius philosophi uerba iurasti, rem gratam facerem, atque eo gratiorem, si hos meos labores huic libello additos, sub tuo auspicio in publicum prodire curarem, ac uel semel acceptorum à te beneficiorum memor, gratum me ostenderem. Tibi igitur hos adscribo, dedico, & tholis tuis ceu numini meo, suspẽdo. Tantum superest, ut eos, quales quales accipis, porrectis ulnis in complexum auidè accipias. Vale patrone singularis, nos interim precabimur, ut diutius tuę functioni & ꝓdesse & præesse queas. Datæ Ensishemij, Anno incarna-

EPISTOLA
tionis uerbi ſeſqui milleſimo
geſimonono, die menſis
Februarij uigeſi-
moſepti-
mo.

MARSILII FICINI THEOLOGIAE PLATONICAE SCIENTISSIMI PHILOSOphi, de Studiosorum tuenda sanitate, ad Laurentium Medicen, liber, cum Georgij Pictorij Villingani, Doctoris medici, scholijs diligenter enarratus.

DE NOVEM STVDIOSORVM ducibus. Cap. I.

QVICVNQVE iter illud asperum arduúmque, & longum ingrediuntur, quod quidem uix tandem ad excelsum nouem Musarum templum assiduo labore perducit, nouem omnino itineris huius ducibus indigere uidentur. Quorum primi quidem tres in cœlo: tres sequentes in animo: postremi tres in terra nos ducunt. Principio, in cœlo Mercurius, ut inuestigando Musarum iter aggrediamur,

Nouem duces ad Musarum templum.

Mercurij officium.

 uel

uel impellit, uel adhortatur, Siquidem Mercurio tributum est inuestigationis omnis officium: Deinde Phœbus ipse & quærentes animos, & res quæsitas splendore uberrimo sic illustrat, ut perspicuè quod quærebatur à nobis inueniatur: Accedit gratiosissima Venus Gratiarum mater, atque almis omnino, lætisq; radijs suis, rem omnem adeo cōdit & ornat, ut quicquid & instigante Mercurio quæsitum fuit, & monstrante Phœbo iam erat inuentum, mirifica quadam & salutari uenustate Veneris circumfusum, delectet semper & prosit. Sequuntur tres itineris huius duces in animo, uidelicet uoluntas ardens & stabilis: acumen ingenij: memoria tenax. Tres in terra postremi sunt, prudentissimus pater familias: probatissimus præceptor: & medicus peritissimus, Absque his nouem ducibus nemo ad ipsum nouem musarum templum peruenire uel potuit, uel poterit unquam. Cæteros quidem duces ab initio nobis præcipuè Deus omnipotens naturaq; tribuerunt, tres uerò postremos nostra adhi-

Phœbi munus & Veneris.

Tres duces in animo et tres in terra.

adhibet diligentia, Sed præcepta officiã que quæ ad patremfamilias, & quæ ad preceptorem circa literarum studia pertinent, antiqui plures sapientesq; tractauerunt, præcipue Plato noster, & sæpe alias, & in libris de Republica, ac de Legibus diligentissime, Deinde Aristoteles in politicis, Plutarchus quoque & Quintilianus egregie, Solus autem literarum studiosis hactenus deest Medicus aliquis, qui manum euntibus porrigat, salutaribusq; consilijs, atque medicinis adiuuet eos, quos neque cœlum, neque animus, neque paterfamilias preceptor'ue destituit. Ego igitur fortem eorum laboriosissimam miseratus, qui difficile Mineruæ, minuentis neruos, iter agunt, Primus, tanquam medicus, debilibus & ualetudinarijs adsum, sed utinam facultate tam integra quàm propitia uoluntate. Surgite iam adolescentes Deo duce alacres, surgite iuuenes atque uiri, quos ardentius Mineruæ studium nimium eneruat. Accedite libenter ad medicum, qui uobis ad institutũ uestri perfectionem, monstrante Deo

Minerua quia neruos minuat.

atque fauente consilia remediaq; salutaria largitur.

SCHOLIA.

Quicunq; iter illud asperum arduumq;.) Hoc iter Prodicus sophista, cuius Suidas meminit, Herculem calcasse docet, quando hunc adolescentem aarue duo uidisse itinera, atque addubitasse scribit, utrum caperet.

Duas uias Hercules uidit.

Vnum quippe uoluptatis, alterum uirtutis, ubi inter ambigendum duas quoque uiderit matronas, unam ad sinistram, itineris occupantem initium, quam confestim Malitiam esse intellexerit, exactissimè ornatam, fluentem delitijs, & post se omnium uoluptatum trahentem examen, pollicitantemq;, si suum ascender et iter, se daturam, omnia sua quæ uideret: Et alteram stantem ad dexteram in capite alterius itineris, incultam, toruè tuentem, callosis manibus, & lacera ueste, quam Virtutem arbitratus sit, quæ nihil promiserit uoluptatis, aut quietis, sed improbos labores, anxietates, angustias, terrâ mariq; capessendas. Tamen si itineris sui uerticem attigerit, Deum fieri, & æterna beatitudine fruiturum. Cui auscultârit Hercules et iter salebrosum & arduum ascenderit, deliciosa relicta.

Hesiodus de uirtutis uia.

Quod quidem uix tandem.) Per longum temporis tractum ad excelsum uirtutis phanum perueniendum esse Hesiodus quoque his uerbis elegantissimè ostendit:

Omnino uitium facile est contingere cuiuis

Est

Est uia ad id breuis, & uicina in sede moratur:
Contrà, uirtutem sudoribus undiq; Diui
Præsepsere, & longa ad hanc, perq; ardua, callis,
Asper & est, primum, sed ubi alta cacumina uictor
Contigeris, iam sit facilis, licet ardua dudum.

Ab his Propertius quarto libro parum *Propertius*
declinat dicens: *de hac uia.*

Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria uires,
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

Ad excelsum nouem Musarum templum.) Nouem *Musæ cuius*
Musas Iouis et Mnemosines filias, ut Hesiodo placet, in *filiæ.*
Heliconis altissimi Boetiæ montis uertice templum ha
buisse non temere uel citra rationem poetæ hactenus
sun. fabulati, potissimum quando nemini ad doctri- *Musæ do-*
næ, cui præsident Musæ, apicem pateat aditus, nisi a- *ctrinarum*
scensum nitenti per assiduum laborem & multa discri *præsides.*
mina rerum, assecllis nouem comitantibus. Clio siqui- *Clio.*
dem harum prima cogitationem discendi figurat, nam
Cleos, Achiua uoce famam significat, Nullus enim sci- *Cleos, id est*
entiam quærit nisi famæ suæ consideret dignitatem: Se *fama.*
cunda Euterpe, delectationem innuens, quòd primum *Euterpe.*
sit scientiam quærere, secundum delectari, quod quæsi
tum est: Tertia Melpomene, meditationem faciens per *Melpome-*
manere, ut primum sit uelle, secũdum desiderare quod *ne.*
uelis, tertium instare meditando ad id quod desiderat:
Quarta Thalia, id est capacitas, ut capias cui instas: *Thalia.*
Quinta Polymnia, multam memoriam faciens eorum *Polymnia.*
quæ ceperis: Sexta Erato, quæ inueniens simile inter- *Erato.*

 preta-

pretatur, dum post scientiam & memoriam iustum est ut simile aliquid de nostro inueniamus: Septima Terpsichore, delectationem instructionis addens: Octaua Vrania, hoc est cœlestis, quoniam post dijudicationem cœlestia eligimus: Et nona Calliope, quæ est optimæ uocis ratio. siquidem consentaneum ducimus id rectè profert quod electum duxeris.

Terpsichore. Vrania. Calliope.

Aßiduo labore perducit.) Et iter istud labore aßiduo calcandum philosophus uerbis nonnihil uelatis ostendit, quando scientiæ arborem radices amaras, & fructum dulcißimum, persici instar habere dixit, cuius dulcedini, nucleus subsit multum amarus.

Scientiæ arbores radices amaras.

Mercurio tributum est inuesti.) Inuestigationis prouincia hinc Mercurio, planetæ alato, contributa uidetur, quoniam celer est & agilis, ut qui ignauia aut socordia nihil perficiat, deorum nuncius existens, circulum suum die septimo perficiens, quem Iuppiter duodecim, et Saturnus uigintiquatuor annis perficiat, sub huius constellatione enati, Venere & Gratijs consentientibus, omnis generis doctrinarum capaces efficiuntur.

Mercurius cur deorũ nuncius. Mercurij constellat doctos efficit.

Venus gratiarum mater.) Quicquid Mercurius doctrinarum inuestigati dederit, & Phœbus radijs suis mentibus illuminati obiecerit, hoc Veneris influentia, Gratijs filiabus suis bene consentientibus, sic uenustat & pulchrum reddit, ut gratum efficiatur cunctis & delectet. Nisi enim hoc, quod Venus lepore, & uerborum lenocinio exornat, & Gratiæ omnis elegantia

Venus influentia uenustat.

præs-

præsides gratum reddant, ingratũ cunctis habebitur. Tantam enim uim Gratijs pagani habebant, ut quicquid cunctis acceptum, gratum, uoluptatisq; plenum erat, hoc Gratijs bene uolentibus auspicatum dixerint. Vnde Plato Xenocratem, qui perpetuo serij, ac seueri uultus erat, admonuit ut Gratijs sacrificaret, quarum beneficio frontem hilarius exporrigeret, A. Gellius homines à Gratijs alienos hispida aure, ac planè nullius eruditionis, ac iudicij, qui bona studia, ut Lucretius inquit, — *Gratiarum uis.* — *Xenocrates seuerus.* — *Homines à Gratijs rudes.*

Intellecta prius quàm sint contempta relinquunt.

Voluntas ardens & stabilis.) Voluntas ardens & stabilis, id est animus stabilis ascensum anhelans, qui nisi feruidus adsit, & fauente cœlo prodeat, nec gradũ uel minutulum ascendes, id quod Naso ad Atticum secundo his uerbis ostendit

Omnia deficiunt, animus tamen omnia uincit — *Animus omnia uincit.*
Ille etiam uires corpus habere facit.

Et Flaccus in arte:

Tu nihil inuita dices faciesúe Minerua.

Acumen ingenij.) Acumen ingenij, per aeris põtißimum, quem incolimus, puritatem aut temperiem, seu per cibum, quo uescimur, ad mentis acumen habilem, hoc est subtilioris chili potentem. Tametsi quoq; in elementis symbolum quandoq; compareat, dum biliosi agiliores & feliciores ad intelligendũ plerunq; ingenij habeantur.

Memoria tenax.) Illis tenacem & promptam esse

 & per-

Quibus me- moria te- nax. & percipiendi & retinendi memoriam, rerum peritiores astruunt, quibus à primis duabus cerebri operationibus, hoc est à sensu communi & ratiocinatione,
Vermis uel cerebri. Vermis uel per cerebri cauum, uel, quam uermem uocant, sic patula est, minimeq., uel caliginis, uel turbulentiæ, impedimento arctata, ut spiritus animales tenuiores & puriores per eam in puppim usq., ubi memorandi recta offi-
In puppi memorandi officina. cina habetur, transmeare queant, Cyrum regem Persarum beneficio patentis iuæ, singulis sui populosi exercitus militibus nomina dedisse Guido Bituricensis scribit, Et Plinius Carneadem, non dissimilis beneficio,
Qui memoria floruerint. sic tenacis fuisse memoriæ, ut libros omnes quos in quadam bibliotheca lectitauerat, confestim memoriter recitando ad minimum iotam reddiderit. Contrà, quibus angusta hæc uia seu arcta fuerit, uapore uel caligine impedita, quòd hij parum aut nihil percipiant,
Qui labilis memoriæ. nihilq. perceptorum retineant. Sic Claudio Sabino contigisse historiæ narrant. Tam enim impeditæ fuisse memoriæ hunc literis mandatum inuenio, ut ne Vlyssis, nec Achillis, nec Priami nomen, quos ut se ipsum nouerat, perspectè nominare potuerit.

Paterfamiliae qui. Prudentissimus paterfamilias.) Is paterfamilias dicitur qui in familia primus est, & in ædibus dominium habet. Sed is prudentissimus censetur, qui quæ à parentibus accepit, maiora efficit & auget.

Probatissimus præceptor qui. Probatissimus præceptor.) Plutarcho in libro de liberis educandis hic probatissimus est, qui simul & dicere & facere docet, ad diui Gregorij fermè parænesim,

sim, quæ est, Aut non doce aut uita ac re ipsa doce, ne una quidem trahas, altera uerò manu retrahas, Quin tilianus istum probatissimum arbitratur, qui suorum discipulorum prouentum proprium æstimat, quem laboris studium non fatigat, qui interroganti discipulo non tediosè respondet, bonos laudare non cessat, mediocres leuiter increpat, & duros à studendi proposito nimia austeritate non deterret. Cicero scripsit neminē præceptorib. reddere posse æquiualens, sed de istis nō est locutus quibus morum abest probitas, qui peripatetico ritu hinc inde, cœtu puerorum deserto, uagantur, qui conniuia in multam usq; noctem, obscœna cantillantes, protrahunt. Nam hos Rhodoginus zophorodorpides nominat non præceptores, neque de istis qui inter pueros docendi laborem sequestrant, & uincendi cupiditate in alea consenescunt, seu omnem suā operam sagittandi arti impendunt, aut sic ferarum desiderio per montes & deuia uenantur, ut quandoque non sui tantum sint immemores, sed puerorum quoq;, uelut lethargo capti, obliuiscantur, tales enim præfatus autor epithimodipnos appellitat, A. Gellius Cornelio Frontoni primas in præceptoris munere adscripsit, ut quem nunquam accesserit, dicens, quin doctior ab eo recesserit, præceptorem probatissimum bonis esse moribus debere historiæ impendio docent, quando Alexandrū Leonidis sui præceptoris curuum ceruicis inflexum imitatum, habent, & Platonis familiares Platonis gibbum, discipulosq; Aristotelis, sui præceptoris balbuciem.

Cicero de præceptoribus.

Zophorodorpides.

Epithimodipni.

Alexander præceptorem suum imitatus est.

Probatiß. medicus quis.

Medicus peritißimus.) Hunc peritißimum dicimus, qui accedente fortuna nihil sine ratione, nihilq; sine consilio circa suos patientes agit, Homerus talem cæteris anteferendum arbitratur Illiados λ libro, Celsus eadem per eadem tractat, & hunc peritißimum asserit, qui uitam non cedem molitur. Sed Diogenes huic herbam cōcedit, qui eos curandos suscipit, de quorum salute cæteri desperarunt, Tyrius autem Platonicus hunc pollice commendat utroque, qui & per philosophiæ præcepta, cupiditates animi, quas Stoici animi pathemata dicunt, feliciter curat, & corporis male habentis ulcera, herbulis quibusdam ratione obseruata tollit.

Animi pathemata.

Salutaribusq; consilijs.) Hoc arduum iter ascendere affectans, medico inprimis se committat animum fideliter curanti, consilijs id est philosophiæ præceptis, quorum Flaccus in hæc uerba ad Mœcenatem meminit:

Sunt uerba & uoces quibus hunc lenire dolorem
Poßis, & magnam morbi deponere partem.

Et qui corpus sic in uictus ratione moderetur, ne fessum in medio itineris succumbat.

Adolescentia.
Iuuentus.
Virilitas.

Surgite iam adolescentes.) Per hæc uerba cuiusuis ætatis studiosos intelligi uult. Nam Adolescentia quæ calet & humida est, in annum fermè trigesimum perdurat, Iuuentus calida & sicca in quadragesimum, Virilitas quam senium frigidum & humidum hoc loco intelligit, in ultimam uitæ coronidem.

QVAM

QVAM DILIGENS HABENDA SIT *cura cerebri, cordis, stomachi, & spiritus.* Cap. II.

PRincipiò, quantam cursores crurum, athlætæ brachiorum, musici uocis curam habere solent, tantam saltem literarum studiosos, cerebri & cordis, iecinorisq; & stomachi oportet habere rationem. Imò uerò tanto maiorem, quanto & membra hæc præstantiora quam illa sunt, & hij frequentius, atque ad potiora, his membris, quam illi illis utuntur. Præterea, solers quilibet artifex instrumenta sua diligentissimè curat, peniculos pictor, malleos incudesq; faber ærarius, miles equos & arma, uenator canes & aues, citharam citharœdus, & sua quisque similiter, Soli uerò Musarum sacerdotes, soli summi boni ueritatisq; uenatores, tam negligentes (proh nefas) tamq; infortunati sunt, ut instrumentum illud, quo mundum uniuersum metiri quodammodo & capere possunt, negligere penitus uidentur. Instrumentum eiusmodi spiritus ipse est, qui apud medicos uapor quidam sanguinis *Spiritus quid.*

guinis purus, subtilis, calidus, et lucidus definitur. Atque ab ipso cordis calore, ex subtiliori sanguine procreatus uolat ad cerebrum, ibiq; animus ipso ad sensus tam interiores quàm exteriores exercendos assiduè utitur. Quamobrem sanguis spiritui seruit, spiritus sensibus, sensus deniq; rationi, Sanguis aũt à uirtute naturali quę in iecinore stomachoq̃ue uiget, efficit. Tenuissima sanguinis pars fluit in cordis fontem, ubi uitalis uiget uirtus, inde creati spiritus, cerebri, et (ut ita dixerim) Palladis arces ascendũt, in quibus animalis, id est sentiendi mouendiq;, uis dominatur, Itaque talis plurimùm fermè contemplatio est, quale sensus ipsius obsequium: talis autem sensus, qualis & spiritus: spiritus uerò talis, qualis & sanguis. Et tres illæ uires quas diximus, naturalis scilicet, uitalis, & animalis, tales, ut sunt, à quibus, per quas, & in quib. spiritus ipsi concipiuntur, nascuntur & fouentur.

Vnde sanguis. *Virtus uitalis in corde.* *Virtus naturalis in iecinore stomachoq;.* *Spiritus animalis in cerebro.*

SCHOLIA.

Præstantiorà quàm illa sunt.) Cerebri motum & sensum homini offerentis præstantiam, tantam Platonici

nici crediderunt, ut non neriti sint cerebrum nostræ animæ principale habitaculum nominare, & propter memoriam, sapientiæ sedem, Ex quo tandem contigit Palladem sapientiæ & armorum deam, summa ratione ex Iouis cerebro à ueteribus enatam dixisse. Et cor medium corporis occupans, caloris quandam scaturiginem, quæ ad uaria munera per omnium membrorũ canales, spiritus, qui operationis sunt instrumentum, diffundat, iecur Platonici amoris sedem aut concupiscentiæ domicilium arbitrabantur, atq; hinc Titium apud inferos, qui concupiscentia peccauerat, adhuc iecore puniri affirmant, id quod Poeta sexto Aeneidos quoque ostendit. Sed causa est quod iecoris rationem Marsilius studiosis maximè inculcat, quòd Galenus hoc principale membrum nominat, fontem & scaturiginem naturalis potentiæ, Plato concoctionis cibariæ artificem, & quòd Hippocrates cum tota medicorum schola potissimùn acceptum refert hepati, si uita nobis contingat optabilis & salutaris, ut quod membrũ sit sanguinem, ex quo homo uiuit, generans, & nenarum principium.

Cerebrum principale habitaculũ

Spiritus operationũ instrumẽt.

Iecur concupiscentiæ sedes.

Iecoris habenda ratio

Atque ad potiora.) Trium præfatorum principalium membrorum iuuamenti facta est mentio, sed stomachi, quem patrem familias uel optimum humani corporis œconomum rectè post Galenum dixeris, quoque rationem habendam studiosis præcipit, potissimùm, quando eodem quarto de utilit. partic. octauo capite referente, stomachus omnes in se uirtutes naturales con-

Gal. 4. de util. partis, cap. 8.

Stomachus minister uiscerum.

les contineat, atque organum sit digestionis, & minister uiscerum ac uenarum. quarto de accid. & morbo sept. capite.

Apud medicos.) Galenum quippe libro tertio uirtutem naturalium, cap. decimo quarto.

Sanguis spiritui seruit.) Habet enim se spiritus ad sanguinem, ut scintilla ad ignem.

Talis spiritus qualis sanguis.) Hinc medici quibus uescare cibis ad sensus & mentis aciem interesse plurimum coniectant.

LITERATOS PITVITAE ET ATRAE *bili obnoxios esse.* Cap. III.

Phlegma et atra bilis fugienda.

NOn solum uerò membra illa, uiresq; & spiritus homines literarũ cupidi curare diligentissimè debent, uerùm etiam pituitam semper & atram bilem non aliter quàm nauigantes Scyllam atque Charibdim cautissimè uitare iubentur. Quantum enim reliquo corpore ociosi sunt, tantum cerebro ac mente negociosi. Inde pituitam, quod Græci phlegma, hinc atrã bilem, quam ijdem melancholiam uocant, gignere compelluntur. Illa quidem ingenium sæpe obtundit & suffocat, hæc uerò, si

rò, si nimium abundauerit, flagrauerit-ue, assidua cura, crebrisq́ deliramentis uexat, animum iudiciumq́ perturbat, ut non immerito dici possit literatos fore precipuè sanos, nisi pituita molesta esset: & lætissimos sapientissimosq́ omnium, nisi bilis atræ uitio uel mœrore sæpe uel interdum desipere cogerentur.

SCHOLIA.

Non aliter quam nauig.) *Quid Scylla & Charibdis sint, uberius scribit* Erasmus, *quàm quòd hoc loco declaratione indigeant.*

Reliquo corpore ociosi.) *Licet partibus corporis ignobilioribus studiosi quiescant, cerebro tamen & mente contemplando negociantur. Hinc Philosophus eo longius à Mercurio, literarum principe, nos deuiare censet, quo propius Iouem gubernationis & imperij dominum accesserimus. Id quod alijs uerbis præsens autor in quadam epistola ad Hermolaum Barbaram effert, quãdo inquit, Negociosa uita literarum ocium aufert uacuæ mentis opus.* *Mercurius longius à Ioue sit.*

Illa quidem ingenium.) *Si pituita quam Græci phlegma uocant, per nimiam mentis contemplationem exereuerit obtundit, suffocat, & uniuerso corpori grauedinem inducit, debito enim modo fluens, sanguis fit, corpus nutriens. Vnde Auicenna docet, si phlegma copiosius naturale dominetur, effici posse ut diu-* *Pituita si nimium obtundit.* *Phlegma fãmẽ suffert.*

tius

tius homo absque cibo uitam degat, quia sanguis sit dè minutè coctus, & in alimentum corpori succedat.

Melancholia quid. *Hæc uerò si nimium abundauerit.)* Melancholia, quæ, Auicenna teste, cogitationum est mutatio & æstimationum: à cursu naturali ad corruptionem & timorem seductio: spiritum animalem syluestrem faciens, si in studioso nimium abundauerit: assidua cura, crebrisq; deliramentis uexat, animum iudiciumq; perturbans, Sicut Galenus id graphicè libro tertio, sexto capite, de locis affectis, ostendit. Hic non moueant nos quæ Aristoteles dicit, Quippe quoscunque in quauis facultate præstantes melancholicos esse, De physica enim melancholia, hoc est naturali, loquitur, non de adusta causa, quæ sine aliorum humorum admixtione dominatur. Cur naturalis eius sit potentiæ, Idem Marsilius in libro decimotertio de immortalitate animorum, capite secundo, disputat. Id enim ob eam causam arbitratur euenire, quoniam humoris melancholici natura, terræ sequatur qualitatem, quæ nunquam latè, ut cætera elementa, se diffundat, sed arctius in se ipsam contrahatur.

Præstantes uiri melancholici.

Melancholia physica naturalis.

Melancholia terræ qualitatem

Nisi pituita molesta.) Imitatur Flaccum, qui primo epistolarum ad Mecœnatem sapientem uno minorem Ioue dixit, liberum, diuitem, honoratum, pulchrum, & Regum Regem, si illi pituita non sit molesta.

QVOT

QVOT SINT CAVSAE QVIBVS *literati melancholici sint uel fiant.* Cap. IIII.

VT autem literati sint melancholici tres potissimum causarum species faciunt, prima cœlestis: secunda, naturalis: Tertia, est humana, Cœlestis, quoniam Mercurius, qui, ut doctrinas inuestigemus, inuitat, & Saturnus, qui efficit, ut in doctrinis inuestigandis perseueremus: inuentasq; seruemus frigidi quodammodo siccique ab astronomis esse dicuntur, uel, si forte Mercurius non frigidus, fit tamen sepe solis propinquitate siccissimus, qualis est natura apud medicos melancholica, eandemque naturam Mercurius ipse & Saturnus literarum studiosis, eorum'ue sectatoribus impertiunt ab initio, ac seruant augentque quotidie. Naturalis autem causa esse uidetur, quòd ad scientias praesertim difficiles consequendas, necesse est, animum ab externis ad interna tanquam à circumferentia quadam ad centrum sese recipere, atque dum speculatur in ipso

Tres causae sunt melancholiae.

Qualitas Saturni & Mercur.

Quid scientias acquirere necesse.

 (ut ita

(ut ita dixerim) hominis centro stabilissime permanere. Ad centrum uerò à circumferētia se colligere, figiq; in centro, maximè ipsius terræ est proprium, cui quidem atra bilis persimilis est. Igitur atra bilis animum, ut se & colligat in unum, & sistat in uno contempleturq́; assiduè prouocat. Atque ipsa mundi centro similis, ad centrum rerum singularum, cogit inuestigandum, euehitq; ad altissima quæque comprehendenda, quandoquidem cum Saturno maximè congruit altissimo Planetarum. Contemplatio quoque ipsa uicissim assidua quadam collectione, & quasi compressione, naturam atræ bili persimilem contrahit. Humana uerò ea ex nobis causa est. Quoniam frequens agitatio mentis cerebrum uehementer exsiccat, igitur humore magna ex parte consumpto (quod caloris naturalis pabulum est) calor quoque plurimum solet extingui, unde natura cerebri sicca frigidaq; euadit, quæ quidem terrestris & melancholica qualitas nominatur. Præterea ob frequentissimum inquisitionis motum,

Atra bilis proprium.

Saturni altissimus planetarum.

Causa humana.

Humor caloris naturalis pabulum.

Qualitas quæ melancholica.

spiritus

ſpiritus quoque moti, continuè reſoluuntur. Reſoluros autem ſpiritus ex ſubtiliore ſanguine inſtaurari neceſſarium eſt. Quapropter ſubtilibus clarioribusq; ſanguinis partibus ſæpe conſumptis, reliquus ſanguis neceſſariò decisus redditur & ſiccus & ater. Accedit ad hæc quòd natura in contemplatione, cerebro prorſus cordique intenta, ſtomachum heparq; deſtituit. Quare alimentis præſertim uel uberioribus uel durioribus malè concoctis, ſanguis inde frigidus craſſusq; & niger efficit. Demum nimio membrorum ocio neque ſuperflua excernuntur, neque glutinoſi, tenaces fuſcique uapores exhalant. Hæc omnia melancholicum ſpiritum, mœſtumque & pauidum animum efficere ſolẽt. Siquidem interiores tenebræ multo magis quàm exteriores occupant animum atque terrent, Maximè uerò, literatorum omnium, hi atra bile premuntur, qui ſedulo philoſophiæ ſtudio dediti mentem à corpore corporeiſque ſeuocant, incorporeiſque coniungunt, tum, quia difficilius admodum opus maiori

Tenebræ interiores mœrorum faciunt. Literati melancholici.

quoq; indiget mentis intentione, tum, quia quatenus mentem incorporeæ ueritati coniungunt, eatenus à corpore disiungere compelluntur. Hinc corpus eorum nonnunquam quasi semianimum redditur atque melancholicum. Quod quidem Plato noster in Timæo significat, dicens, animum diuina sepisime & & intensissimè contemplantem alimentis eiusmodi adeò adolescere, potentémque euadere, ut corpus suum supra quam natura corporis patiatur exuperet ipsumq; uehementioribus agitationibus suis aliquando uel effugiat quodammodo, uel nonnunquam quasi dissoluere uideatur.

Plato de intensa contẽplatione.

SCHOLIA.

Vel si fortè Mercurius.) *Mercurium in qualitatibus utrisque, propter Veneris congressum, æqualem, astrorum periti narrant. Sed Marsilius ex Iouis uicinitate in passiua qualitate siccissimum fieri docet, qualem atram quoq; bilem esse prædicant.*

Impertiunt ab initio.) *Saturnum & Mercurium literarum studiosis in prima conceptionis hora, melancholiam infundere notam est, perniciem quidem si adusta fuerit, & sapientiam, si physica naturalis. Hinc*

Græci

Græci elegantißimo prouerbio Saturnum & Mercurium iunctos hoc est dominium & sapientiam, magna & præclara expedire posse fatentur. Dominium et sapientia magna possunt.

Ab externis ad interna.) Per hæc non omnia ingenia esse accommodata disciplinis Marsilius ostendit, Sed tantum ea quæ animum ab externis ad interna tanquã à circũferentia ad centrum applicãt. Quod Græci eleganti prouerbio uerum esse indicant. Dicentes non è quouis ligno Mercurium fieri posse. Carneadem laboriosum sapientiæ militem, animum sic ab externis ad interna coegisse aiunt, ut animo tantum uita frui diceretur, corpore exilio gaudens. Et Plato philosophis respublicas commisit regendas. Aß complures diuersum occinunt, dicentes respublicas infelices à philosophis gubernatas, utrumque Catonem obijcientes Brutum, Caßium, Gracchum. M. Antonium & Ciceronem, ideo saltem quòd internis magis studuerint quàm externis. Non è quouis ligno Mercurius. Carneades corpore exul. Philosophi rebus publicis inutiles.

Igitur atra bilis) Eadem Marsilius tractat libro decimotertio, de immortalitate animorum capite secundo.

Frequens agitatio mentis.) Hinc Senecam mentis agitationi relaxationem interponendam præcepisse legimus, uel ideo, quòd ocio, animi quandoque uigorem excitari constet, & omnem tristitiam quæ continuatione pertinacis studij inducitur, feriarum hilaritatem discuti palam sit libro primo declarationum ad Nouatum.

Calor quoque plurimùm.) Quemadmodum calor, si humor nimium exundat, suffocatur, sic item, si humoris pabulo careat, extinguitur. Velut id pulchrè quarta primi Auicenna tractat.

Calor humi do exundā te suffocatur.

Natura cerebri frigid &c.) Penitus à sua naturali crasi deficiens, quum frigidum & humidum esse debeat.

Mœstum pauidumq; animum effic.) Nam Melancholiam ingenerant, ab omni sequestratam aliorum humorum admixtione. Cuius genuinum est pauorē & tenebras interiores, quæ exterioribus magis terrent inijcere.

Mentem à corpore.) Sicut de Carneade philosopho legimus.

CVR MELANCHOLICI INGENIOsi sint, & qui horum sint eiusmodi aut secus. Cap. V.

HActenus quam ob causam Musarum sacerdotes melancholici uel sint ab initio, uel studio fiant, ratio nibus primo cœlestibus, secundo naturalibus, tertio humanis ostendisse satis sit. Quod quidem confirmat in libro Problematū Aristotelis. Omnes enim inquit, uiros in quauis facultate præstātes

tes melancholicos extitisse. Qua in re Platonicum illud quod in libro de scientia scribitur, confirmauit, ingeniosos, uidelicet plurimum concitatos furiososque esse solere. Democritus quoque nullos, inquit, uiros ingenio magnos, præter illos qui in furore quodam perciti sunt, esse unquã posse. Quod quidem Plato noster in Phœdro probare uidetur, dicens poeticas fores frustra absque furore pulsari. Etsi diuinum furorem hic fortè intelligi uult, tamen neque futor eiusmodi apud Physicos, alijs unquam ullis præterquam melancholicis incitatur. Deinceps uerò assignandæ à nobis rationes sunt, quare Democritus & Plato & Aristoteles asserant melancholicos nonnullos interdum adeo ingenio cunctos excellere, ut non humani, sed diuini potius uideantur, Asseuerant id Democritus, Plato, & Aristoteles, absque dubio, rationem uerò tantæ rei haud satis explicare uidentur. Audendum tamen (monstrante Deo) causas in dagare: Melancholia, id est atra bilis, est duplex, Altera quidem naturalis à me-

Præcellentia scribitur, confirmauit: *Præcellentis ingenij melancholici.*

Platonicũ prouerbiũ.

Atra bilis duplex est.

Melanch. quæ natu-ralis. dicis appellatur, Altera uero adustione contingit. Naturalis illa nihil est aliud quàm densior quædam ficcior'que pars sanguinis. *Quæ adusta.* Adusta uerò in species quatuor distribuitur. Aut enim naturalis melancholiæ, aut sanguinis purioris, aut bilis, aut salsæ pituitæ combustione concipitur. Quæcunque adustione nascitur, iudicio & sapientiæ nocet, nempe dum humor illi accenditur atque ardet, concitatos furentes'que facere solet, *Mania furor est.* quam Græci maniam nuncupant nos uerò furorem, At quando iam extingui tur subtilioribus clarioribusq; partibus resolutis, soláque restante fuligine tetra, studiosos reddit & stupidos. Quē habitum melancholiam proprie & a-*Amentia.* mentiam uecordiamq; appellant. Sola igitur atra bilis illa, quam dicimus naturalem ad iudicium sapientiamq; nobis conducit. Neque tamen semper, tamētsi sola sit, atra nimium densáque mole ob-*Cauda est Vergiliani carmi-nis.* fuscat spiritus, terret animum, obtundit ingeniū, si uerò pituitæ simplici misceatur, quū frigidus obstiterit circum præcordia sanguis, crassa quadam frigiditate se-

te segniciem adducit, atque torporem, at atque ut densissimæ cuiusque materiæ natura est, quando eiusmodi melancholia frigescit, ad summum frigiditatis intenditur. Quo in statu nihil iperatur, timentur omnia, tedet cœli conuexa tueri. Si bilis atra uel simplex, uel mixta putrescit, quartanam gignit febrem, lienis tumores & multa generis eiusdem, Vbi nimis exuberat, siue sola sit, siue coniuncta pituitæ, spiritus crassiores facit, atque frigidiores continuò, afficit animum tedio, mentis aciem hebetat, nec salit arca dico circum præcordia sanguis. Oportet autem atram bilem neque tam paucam esse, ut sanguis bilis, & spiritus qua si freno careant, unde instabile ingeniū, labilemque memoriam esse contingat, ne que tam multam ut nimio pondere prægrauati domitare atque egere calcaribus uideamur. Proinde necessariū est, omnino eam esse, quo ad eius natura patitur, subtilissimam, Si enim tenuata pro natura sua maximè fuerit, poterit forsitan absque noxa etiam esse multa, atque etiam tanta ut æquare bilem sal-

Atra bilis quartanam

Carmē Vergilianū est.

tem pondere uideatur. Abundet igitur atra bilis, sed tenuissima, non careat humore subtilioris pituitæ circumfuso, ne arescat prorsus durissimaq; euadat. Nõ tamen misceatur omnino pituitæ, præsertim frigidiori uel multæ, ne frigescat. Sed bili sanguinique adeò misceatur, ut corpus unum conficiatur cum tribus, dupla sanguinis, ad reliqua duo proportione compositum. Vbi octo sanguinis partes, duæ bilis, & duæ iterũ atræ bilis, proportiones existant. Accendatur aliquantulum à nobis, accensaque fulgeat non uratur, ne, quemadmodum solet materia durior, dum feruet nimium uehementius urat & concitet, dum uerò refrigescit similiter frigescat ad summũ. Bilis enim atra ferri instar quando multum ad frigus intenditur, friget ad summum, quando contra ad calidum ualde declinat, calet ad summum. Neque mirum uideri debet atram bilem accendi posse facile, atque accensam uehementius urere, Siquidem uidemus calcem illi similem aqua perfusam feruere statim atque exurere. Tantam ad utrum que

Melanch. non sit abs que pituita

Concupera tio.

que extremum melancholia uim habet, unitate quadam ſtabilis fixæ'que naturæ. Quæ quidem extremitas cæteris humoribus non contingit. Summè quidem calens ſummam præſtat audaciam, imò ferocitati, extremè uerò frigens timorem ignauiamq́ extremam. Medijs uerò inter frigus caloremq́ gradibus infecta uariè uarios producit affectus, non alitet quàm merum præcipuè potens bibentibus ad ebrietatem uel eam paulo liberius affectus uarios inferre ſolet. Igitur oportunè temperata ſit atra bilis oportet. Quæ cum ita moderata eſt, ut diximus & bili ſanguiniq́ permixta, quia & natura ſicca eſt, & cõditione quantum ipſius natura patitur tenuiſsima, facile ab illis accenditur, quia ſolida eſt atque tenaciſsima, accenſa ſemel diutiſsimè flagrat, quia tenaciſſimę ſiccitatis unitate potentiſsima eſt, uehementius incaleſcit. Quemadmodum lignum in paleis ſi utraque accendantur, magis diutiusq́ calent & lucẽt, Atqui à diuturno uehementiq́ calore fulgor ingens motúsque uehemens & diuturnus

Magnus calor audaciã frigus timorem.

diuturnus proficiscuntur. Huc tendit illud Heracliti lux sicca, anima sapientissima.

SCHOLIA.

In quauis facultate præstan.) *Per quamuis facultatem, philosophiam essentialem politicam actiuam seu moralem, poesim & mechanicas artes quarum septem notæ sunt, ut lanificium est, armatura, nauigatio, agricultura, theorica, pastoralis & medicina, intelligit.*

Concitatos furiososq́.) *Furore diuino, uelut Plato id quoque in Phedro graphice docet, quando in hæc uerba inquit, Nullus unquam licet diligentissimus, & omnibus artibus eruditus, excelluit ingenio, nisi huic feruentior accesserit animi concitatio, quam sentimus quando est Deus in nobis, agitante calescimus illo, impetus ille sacræ semina mentis habet.*

Naturalis à medicis.) *Seu hippostasiua calore tẽperato generata.*

Altera adustione conting.) *Si calor ab æqualitate digreditur, clarè ostenduntur hæc apud Auicennam prima primi cap. secund.*

Quam Græci maniam.) *Mania furoris species est, longuiori tempore durans cum tristitia & rabie sine febre inducta.*

Quem habitum.) *De hoc habitu Galenus de locis affectis tertio libro, sexto cap. abundè scribit.*

Frigi-

Frigidus obstiterit circum.) Carmen hoc Vergilianum est, in quo sanguinem frigidum dicit qui calidus complexione est & humidus, simile facit tertio Aeneidos,

Gelidusq; coit formidine sanguis.

Tedet cœli conuexa tueri.) Verba Maronis sunt.

Nec salit Arcadico circum præcordia.) & illa poetica sunt.

Vnde instabile ingenium labilemq; mrmo.) Si humor melancholicus cerebrum anterius & posterius inficiat spiritus confundens claros, & radijs solaribus operando similes, imaginatio & memoria læduntur, uelut Galenus id clarè libro quarto interiorum secundo capite per hominem quendam ostendit, qui uasa uitrea & puerum de fenestra in terram proyciebat, immemor uasa infringi & casu puerum oblædi.

Et concitet.) In furorem aut maniam.

Calcem illi similem.) In qualitatibus, sicut ex Dioscoridis id quoque libris colligitur quinto equidem & sexto.

Summe calens summam audat.) Qui corporis potos compactiores & multum unitos habent, interius calent & audacia ferocitateq; gaudent. Nam calorem interiorem uirilitatis motorem rerum periti narrant. Ex qua re & canes admodum audaces & feroces aiunt, quòd cor habeăt exile & adeo compactum quòd calor spirituum organum exhalare non queat.

Merum affectus uarios.) Propterea ebrietatem deam

deam supparo fingunt indutam, quatuor animalium faciebus acu picto, Leonis quippe quòd ebrius ferocitet & in quemuis cornupetat. Lupi quod poti uoraces sint et luporum instar ullulatus edant. Simiæ dum quæque uisa imitari conantur, & porci. Nam temulentos potissimum assatos fieri constat, ter concesta quater euomentes.

Illud Heracliti.) De eo Diogenes Laertius in exemplis philosophorum libro nono.

QVO PACTO ATRA BILIS ingeniosos efficiat.
Cap. VI

Quæret fortè quispiam quale sit corpus illud humoris eiusmodi ex tribus illis humoribus ea qua diximus proportione conflatum? Tale est fermè colore, quale aurum esse uidemus, sed aliquantum uergit ad purpuram, & quando tàm naturali calore quã uel corporis uel animi motum accenditur, fermè non aliter quàm ignitum rubens aurum, purpureo mixtum calet & lucet, atque uelut iris trahit uarios flagrante corde colores. Queret aliquis iterum quo nam pacto humor eiusmodi conducat ingenio. Nempe spiritus

ex hoc

ex hoc humore creati, primo quidem subtiles sunt, non aliter quàm aqua illa quam & uitę seu uitis aquam nominãt, & ardentem, quoties ex crasśiori mero, quadam destillatione, ad ignem, ut fieri solet, exprimitur. Spiritus enim sub angustioribus atrę bilis eiusmodi compressis meatibus, uehementiore ob unitatem calore, maximè tenuantur, percp actiores meatus expresśi, subtiliores erumpunt, deinde calidiores similiter, at que eadem ratione lucidiores, tertio, motu agiles actione uehementisśimi, quarto, solido stabilique humore iugiter emanantes, actioni diutisśimè seruiunt. Tali autem animus noster obsequio fretus indagat uehementer perseuerat, inuestigando diutius, facile, quęcunqȝ inuestigauerit inuenit, clarè perspicit, syncere diiudicat ac diu retinet iudicata. Adde quòd quemadmodum in superioribus significauimus animus in strumento siue incitamento eiusmodi, quod centro mundi quodammodo cõgruit, atque (ut ita dixerim) in suum cẽtrum animum colligit, semper rerum omnium

Quomodo melancholia ingenia conducat.

omnium & centra petit & penetralia penetrat. Congruit insuper cum Mercurio atque Saturno quorum alter omnium planetarum altissimus, inuestigātem euehitad altissima. Hinc philosophi singulares euadunt, præsertim cùm animus sic ab externis motibus atque corpore proprio se uocatus, & quam proximis diuinis, & diuinorum instrumentum efficiatur, Vnde diuinis influxibus oraculisq; ex alto repletus, noua quædam inusitataq; semper excogitat, & futura prædicit. Quod non solùm Democritus atque Plato affirmant, sed etiam Aristoteles in Problematum libro & Auicenna in libro diuinorum & in libro de anima confitentur. Quorsum hæc de atræ bilis humore tam multa? ut meminerimus quantum atra bilis, imò candida bilis eiusmodi quærenda & nutrienda est tanquam optima, tantum illam quæ contra se habet, ut diximus, tanquam pessimam esse uitandam. Adeo enim dira res est ut à malo dæmone eius impetus instigari Strapio dixerit & Auicēna sapiens nō negarit.
SCHO-

SCHOLIA.

Atque uelut iris.) Quidam rerum naturalium stu- Iris ex qui-
diosi aerem uniformem persæpe esse dicunt, inde que bus calores
tres oriri colores. Quidam sese euari autem unde qua- habeat.
tuor emergant qui ab elementis trahantur, ut ex igni
rubens sit in summo, ex terra uiridis in imo, ex aere la
cteus, & ex aqua cœruleus. Hincq; Homerum iridem Iris multi
πολυώνυμον ὕδωρ, id est multi nominis aquam dixisse nominis
retulerunt. aqua.

Quam uitæ seruitis aquam.) Aquam uitæ simplici-
ter intelligit ex crassiori mero id est fece destillatam.

Ob unitatem calore.) Nam uirtutem unitam for-
tiorem Mesne docet se ipsa dispersa.

Quod centro mundi.) Centrum mundi Apuleius
in cosmographia cardinem mundi hoc est centrum ter Centrum
ræ dixit. mundi.

In problematum libro.) Libro trigesimo, Proble-
mate primo.

Imò candida bilis.) Id est optabilis & bona. Nam
Pythagoras ea quæ candida fuerant seu alba ad boni
naturam, quæ nigra uel atra ad mali naturam pertine-
re dixit.

Tantum illam quæ contra.) Solam adustam uel in-
naturalem.

Serapio dixerit & Auicen.) Serapio tractatu
primo cap. 21. & Auicenna prima ter-
tij tract. 4.

QVINQVE PRAECIPVE STVDIOSORUM HOSTES

forum hostes pituita, atra bilis, coitus, satietas & matutinus somnus.

Cap. VII.

VT autem redeamus illuc unde iam longius digressi sumus longissima uia est quæ ad ueritatem sapientiámque perducit, grauibus terræque marisque plena laboribus. Quicunque igitur hoc iter aggrediuntur, ut Poeta quispiam diceret. Sæpe terra marique periclitantur, Siue enim mare nauigent, continuè inter fluctus, id est humores duos, pituitam scilicet & noxiam illam melancholiam, quasi inter Scyllam Charibdimque iactantur. Siue terra (ut ita dixerim) iter agant tria monstra protinus sese illis obijciunt, primum terrena Venus, secundum Bacchus & Ceres, Tertium nocturna Hecate frequenter opponit. Ergo Apollo ab æthere & Neptunus ab æquore, & à terra Hercules sæpe uocandi, ut monstra eiusmodi Palladi inimica iaculis Apollo transfigat, Neptunus tridente domet, claua Hercules contudat & laceret. Primum quidem

Qui dij studiosos iuuentur.

dem monstrũ est Venereus coitus, præsertim si uel paulum uires excesserit, subito namque exhaurit spiritus, præsertim subtiliores, cerebrumq́ debilitat, labefactat stomachum, atque præcordia, quo malo nihil ingenio aduersis esse potest. Cur nam Hippocrates coitum comitiali morbo similem iudicauit, nisi quia mentem quę sacra est præcellit, tantumq́ obest ut Auicenna in libro de animalibus dixerit. Si quid spermatis supra quàm natura tolleret coitu profluat, obesse magis, quàm si quadragies tantundem sanguinis emanarit, ut non iniuria prisci, Musas atque Mineruam uirgines esse uoluerint. Huc Platonicum illud spectat cùm Venus Musis minitaretur, nisi sacra Venerea colerent, se contra illas suum filium armaturam. Responderunt Musę, Marti, ô Venus talia minitare. Tuus enim inter nos Cupido non uolat. Denique natura nullum sensum longius quàm tactum ab intelligentia segregauit. Secundũ monstrum est uini cibiq́ facietas. Quippe si uinum nimium uel nimis calidum uehemensq́

Venus id est coitus immoderatus nocet.

Mens sacra est.

Musę cur uirgines.

Longinqior sensus tactus.

hemensq fuerit, caput ipsum humoribus pessimis fumisq implebit. Mitto quòd insanos ebrietas facit. Cibus uerò nimius primum quidem ad stomachū, in ipso coquendo omnem naturæ uim reuocat. Quo fit ut capiti simul speculationiq intendere nequeant. Deinde inepte coctus multis & crassis uaporibus humoribusq, aciem mentis obtundit. Quinetiam si satis coquatur, tamen, ut Galenus ait, animus adipe, & sanguine suffocatus, cœleste aliquid peruidere non potest. Tertium deniq monstrum est, ad multam noctem, præsertim post cœnam frequentius uigilare. Unde etiā post ortum solis dormire cogaris. Quoniam uerò in hoc errant fallunturq studiosi permulti, idcirco quantum ingenio noceat latius explicabo atque rationes septem præcipuas afferam, Primam ab ipso cœlo. Secundam ab elementis. Tertiā ab humoribus. Quartam ab ordine rerum. Quintā à natura stomachi. Sextam à spiritibus. Septimā à phantasia deductas. Principio tres Planetæ, quemadmodum in superioribus dicebamus,

Ebrietas insanos facit.

Repletio boitus studiosorum.

Vigiliae inde odeatæ studiosorū monstrum.

Tres Planetæ contemplationi fauent.

bamus, contemplationi & eloquentiæ maximè fauent Sol, Venus, & Mercurius. Hi uerò paribus fermè passibus cõ currentes, aduentante nocte nos fugiunt, die uerò uel propinquante, uel iam surgente resurgunt, nósque reuisunt. Post uerò Solis ortum in plagam cœli duodecimam, quæ carceri tenebrisque ab astronomis assignatur repentè trahuntur. Ergo non qui uel nocte quando nos fugiunt, uel die post Solis ortũ, quando carceris tenebrarumq; intrãt, sed qui uel propemodum petentibus ortum, uel iam surgentibus ad contemplandum, scribendúmque ipsi quoque consurgant, ij soli acutissimè speculantur, & eloquentissimè inuenta sua scribunt atque component. Ratio secunda scilicet ab elementis est talis, oriente Sole mouetur aer, tenuaturq; & claret, occidente uerò contra. Sanguis autem & spiritus, motum qualitatemq; adeo circumfusi, naturáque similis sequi necessario compellitur. Tertia ratio quæ ab humoribus deducitur, est eiusmodi. In aurora mouetur sanguis, & regnat, mo- *Tempus hadbile studendum.* *Aurora musis amica.*

tuque tenuatur, calefcit & claret, fpiri-
tus uerò fanguinem fequi imitarique
folent. Verùm accedente nocte, uel me-
lancholia illa craßior & frigidior atque
pituita dominantur quæ fpiritus ad fpe
culandum ineptifsimos procul dubio
reddunt. Quarta ratio quæ trahitur ab
ordine rerum, hęc erit: Dies uigiliæ, nox
fomno tributa eft. Quoniam quum fol
uel ad hæmifphæriū noftrum accedit,
uel fuper ipfum incedit, radijs fuis mea
tus corporis aperit, atq; à centro ad cir-
cumferentiam humores fpiritusq; dila-
tat, quod quidem ad uigiliam actionesq;
que excitat & conducit. Contra uerò
quando recedit omnia coarctantur, quod
naturali quodam ordine inuitat ad fom
num, maximè poft tertiam aut quartam
noctis partem. Quifquis igitur mane
quidem dormitat, quando Sol mun-
dusq; excitat, ad multam uerò noctem
uigilat, quando natura dormire iam & à
laboribus quiefcere iubet, hic abfque
dubio quum ordinum uerfi tum fibi i-
pfi repugnat, tum contrarijs fimul mo-
tibus perturbatur, atque diftrahitur. Sanè
dum

dum ab uniuerso mouetur ad extima, ipse sese mouet ad intima, atque contra, dum ab uniuerso ad intima trahitur, ipse se interim retrahit ad externa. Ergo peruerso ordine moribusqꝫ contrarijs, tum corpus totum, tum spiritus, ingeniumqꝫ prorsus labefactatur. Quinto loco à natura stomachi in hunc modum argumentamur. Stomachus diuturna diurni aeris actione apertis potius admodum dilatatur, euolantibusqꝫ spiritibus tandem ualde debilitatur. Igitur subeunte nocte nouam spirituum copiam exigit qua foueatur. Quapropter quicunque eo tempore contemplationes longas, & difficiles inchoat ipsos ad caput spiritus retrahere nititur. Hi uerò distracti neque stomacho satis neque capiti faciunt. Maximè uerò nocet si post cœnam lucubrantes, diu eiusmodi studijs attentius incumbamus. Pluribus enim tunc ad coquendum cibum spiritibus multoqꝫ calore stomachus indiget. Hęc uerò duo lucubratione studioqꝫ tali diuertuntur ad caput. Quo fit ut neque cerebro neqꝫ stomacho suppetant. Ad-

de quòd caput ob eiusmodi motū craſſioribus cibi repletur uaporibus, atque cibus in ſtomacho à calore & ſpirituum destitutus, crudeſcit et putret. unde rurſus caput opplet atque lædit. Denique matutinis horis quando ſurgēdum eſt, ut excrementis omnibus ſomno r..tentis, ſingula membra purgentur, tunc id quod peſsimum eſt, qui nocte lucubrādo cōcoctionem penitus interruperat, idem dormiendo mane, excrementorū expulſionem diutius impedire compellitur. Quod quidem tam ingenio quàm corpori medici omnes obeſſe quàmplurimum arbitrantur. Merito ergo qui nocte contra naturam pro die atque conuerſo, die rurſus pro nocte utuntur, tanquam noctuæ, quæ etiam in hoc uel inuiti noctuas imitantur, ut quemadmodum illis ſub ſolis lumine caligant oculi, ita & in ijs mentis acies ſub ueritatis ſplendore caliget. Sexto loco à ſpiritibus idem ita probatur. Spiritus fatigatione diurna preſertim ſubtiliſsimi quique denique reſoluuntur. Nocte igitur pauci craſsiq; ſuperſunt, literarum ſtudijs

Saburiam diutius retinere nocet.

diis ineptissimi, ut non aliter mancis hominum fretum alis ingenii uolare possit, quàm uespertiliones atque bubones. Contra uerò post somnū mane spiritibus recreatis, membrisq; adeò cor roboratis ut minimo spirituum adminiculo egeant, multi subtilesq; spiritus adsunt, qui cerebro seruiant, atque expeditius obsequi possunt, in membris fouendis regendisq; parum admodum occupati. Postremo septima ratio sic à phantasiæ natura deducitur, phantasia siue imaginatio, seu quouis alio nomine nuncupanda uidetur, multis, longis, contrariis in uigilando imaginibus, cogitationibus, curisq; distrahitur atque turbatur. Quæ quidem distractio perturbatioq; sequenti contemplationi tranquillam serenamq; mentem penitus postulanti, nimium contraria est. Sola uerò noctur na quiete, agitatio illa sedatur tādem at que pacatur. Igitur accedente quidem nocte semper turbata mente, recedente uerò, ut plurimum mente tranquilla, ad studia nos conferimus. Quicunque uerò mente nimium agitata, res ipsas iudi-

care conantur, ij non aliter quàm illi qui uertiginem patiuntur omnia uerti putant (ut Plato inquit) quum ipsi uertantur. Quamobrem scite Aristoteles in œconomicis iubet ante lucem surgere, asseritq; id ad corporis sanitatem & ad philosophiæ studia prodesse quamplurimùm. Sed hoc ita accipiendum est, ut cita & modica cœna matutinam cruditatem diligentissimè deuitemus. Denique sacer ille uates Dauid omnipotentis tuba Dei, nunquam dicit uespere, sed mane semper atq; diluculo, in Deū suum canendum se cithara psalmisque surgere. Surgere quidem mente ea hora omnino debemus, mox etiam corpore, si modo commodo id fieri possit.

Platonis dictum.

Ante lucem surgendum

Canon.

SCHOLIA.

Si uel paulum excesserit.) Sic enim cerebrum rationis conclaue præ omnibus exsiccat Hippocrates scribit in libro de morbis qui interim oriuntur.

Cur Hippocrates.) In libro de aere & aqua, hanc item sententiam Macrobius libro tertio Saturnaliorū allegat octauo capite.

Mentem quæ sacra est.) Propter cerebrum quod est prudentiæ fons, sicut apud Hippocratem legimus in libro

Cerebrum sacrum mēbrum.

in libro de sacro morbo.

Virgines esse uoluerunt.) Quod est à coitu immunes & puras.

Natura nullum sensum longius.) Propterea Macrobius ex tactum sensum, si ad uoluptatem uergat, foedissimum secundo Saturnal. dixit.

Insanos ebrietas facit.) Rectè igitur Augustinus ebrietatem flagitiorum matrem appellat, culparum materiam, radicem criminum, originem uitiorum, turbationem capitis, subuersionem sensuum, tempestatem linguae, procellas corporis, amissionem temporis, insaniam uoluntariam, ignominiosum languorem, turpitudinem morum, dedecus uitae, honestatis infamiam, & animae corruptelam. *Ebrietas quid.*

Omnem naturae uim.) Potissimum uerò calorem naturalem qui uerae concoctionis singulare instrumentum est. *Calor concoctionis instrumentũ.*

Adipe & sanguine suffocatus.) Ad hoc Hieronymi dictum Plenus uenter non gignit sensum tenuem.

In aurora mouetur sanguis.) Potissimum post mediam noctem hora prima, secunda & tertia.

Accedente nocte melancholia & pituita.) Post meridiem hora prima, secunda & tertia melancholia, & hinc à tertia ad nonam usque pituita.

Dies uigiliae, nox somno tributa.) Et ita sentit Hippocrates secundo pronost. cap. undecimo, quando inquit somnus naturalis non effugiat noctem & non impediat diem. *Somnus naturalis.*

Sibi

Sibi ipsi repugnat) Hinc Erasmus musis Auroră sacram dixit.

Stomachus organum digest. *Multo calore stomachus ad coquend*) Stomach- us mediante calore organum digestionis Galeno habetur libro quarto, de utilit. partic. capite octauo, & minister uiscerum & uenarum libro quarto, de accident. & morbo cap. 6.

QVAE SIT HORA INCHOANDIS studijs oportunior, quisue continuandi modus.

Cap. VIII.

EX ijs quæ in superioribus disputata sunt, fermè iam satis constat opportune nostra nos studia exordiri uel statim oriente sole, uel hora una saltem, uel duabus ad summum ante solis exortum. Sed antequam è lecto surgas, per frica parum per suauiterq́; palmis corpus totum primo, deinde caput unguibus, sed id paulo leuius. Hac in re Hippocrates admoneat. Nam frictione, inquit, si uehemens sit durari corpus, si leuis molliri, si multa minui, si modica impleri. Quum è lecto surrexeris, noli subitæ lectioni meditationique incumbere.

Hippocr. de frictione

bere. Sed ſaltem horæ dimidium cuili- *Modus ſtudendi.*
bet ex purgationi concedito, mox medi
tationi accingere diligenter, quam ad
horam circiter unam pro uiribus proro
gabis. Deinde remittes parum per in-
tentionem mentis, atque interim ebur-
neo pectine diligenter & moderare pe-
ctes caput, à fronte ceruicem uerſus
quadragies pectine ducto. Tum ceruicem panno aſperiori perfrica. Demum
reuerſus ad meditandum duas inſuper
horas, aut ſaltem horam unam ſtudio
dedicato. Produci uerò nonnunquam
ſtudia poſſunt, ſed aliquanta interdum
intermiſsione facta, ad horam uſque me
ridianam. Quinetiam interdum, quam
uis raro, niſi cibum interim cogamur aſ
ſumere, poſt meridiem circiter horas
duas. Sol enim circa ortum potens eſt, *Sol quando potens.*
potens & in medio cœlo. In plaga quo-
que illa cœli quæ medium proximè ſe-
quitur, quam nonam aſtronomi uocãt,
& ſapientiæ domum. Sol maximè gau-
det. Quoniam uerò Poetę omnes Phœ- *Phœbus muſarum dux.*
bum Muſarũ ſcientiarumq́ ducem eſ
ſe uolunt, meritò ſi quid altius excogi-
tandum

tandum est his horis potisimùm cogi=tetur. Si musæ quærendæ horis iisdem, Phœbo duce quærantur. Reliqui enim horæ, ueteribus, alienisq; legendis potius quàm nouis proprijsq; excogitandis accommodatæ uidentur. Semper autem meminisse debemus qualibet hora semel saltem, paulisper remittendam esse mentis intentionem. Quum enim ob intentionem huiusmodi spiritus resoluantur, merito si nunquam cesses, tendere, lentus eris. Dum laboras animo interim corpore quiesce, Mala est defatigatio corporis, peior animi, utriusque simul pessima, oppositis. Hominem motibus simul distrahēs uitámque disperdens. Denique haud ulterius meditatio recedat quam uoluptas, potius uera citra.

Carmē pentham.

SCHOLIA.

Nam frictioni inquit) De frictione in hæc uerba princeps tertia primi tract. tert. scribit, frictio dura extendit, mollis laxat, multa macrescere facit & temperata ingrossat.

Cuilibet expurgationi) Expurgationi mentis à saburra, uesicæ à locio, narium à mucore & ori ā mate-

teris

teria pituitosa uel saliuosa.

Pectine eburneo) Pectine ex ebore propterea in quit quia Phœbus elephanti præsidet qui scientiarum, uel eris antistes habetur Sed ex herò ebore factum præcipit, quod à uirtute speciuoca pectinandò caput robo rat, uerum ebur Plinius libro octauo indicat tertio capite — Phœbus elephanti præsidet.

Panno asperior) excitandum memoriam.

Si nunquam cesses tendere, lentus erit.) Quod ca ret alterna requie durabile non est.

VITANDAE PITVITAE præcepta.

Cap. IX.

Operepræcium fore uidetur, quæ noxia literatis esse diximus repetere breuiter, atque remedia singulis adhibere. Ergo ne pituita nimis augeatur, exercitatione quotidie stomacho fermè uacuo his utendum, nunquam tamen laboriosa, ne acuti spiritus dissoluantur. Excrementa diligentissimè ab omnibus membris experganda. Sordes à corporis totius cute, capitis præcipuè, tum lotione, tum frictione, penitus abstergendæ. Vitanda alimēta frigida — Exercitij modus.

Quæ literatis uitanda

frigida nimium, atque nisi obstiterit atra bilis, etiã humida, & omnino quæ pinguia, uirulenta uiscosa, uncta, glutinosaq; sint, uel quæ facilè putrescere soleant. Si stomachus, uel natura uel ætate sit frigidus, aut dimittendus omnino aut certe minuendus aquæ potus. Moderatus cibus sit oportet, sed potius moderatior. Habitatio alta à graui nubiloq; aere remotissima, tum ignis tum calidi odoris usu humiditas expellenda, prohibendum frigus à capite, maximè uero ceruice, atque pedibus, multum enim obest ingenio. Prodest moderatus usus aromatum in frigidioribus epulis,

Quæ aromata studiosis conuen.

nucis muscatæ presertim & cinnamomi & croci, zingiberis, quoque conditi mane, stomacho uacuo, quod sensibus etiam & memoriæ maximè prodest.

SCHOLIA.

Exercitio qualiter Antonius usus.

Exercitatione quotidie utendum) Antoninum imperatorem Galenus libro sexto de regim sanitatis exercitio sic usum scribit, ut breuißimis diebus sole occidente palestram ingrederetur, longißimis autem, hora nona uel decima, sanitatem considerans, inambularet. Nos in nostro tuendæ sanitatis libro ad genero-

sum

sum. comitem ab Helffrstain de exercitio sic scripsimus:

Augens innatum recreat quod certe calorem
Et gratam nostris uiribus addit opem.
Ante cibos igitur moderatis greßibus uti
Conuenit, à mensa, sed iuuat ipsa quies.
Ambula post cœnam sole ingrediente leonem
Elige Vulcanum capra intente polo.

Ne acuti spiritus.) id est subtiliores.

Obstiterit atra bilis.) quæ frigida & siccà est hu-mectationis indiga.

Potio moderatior.) Nam facilius est repleri potu quàm cibo secundo Aphors. Hippoc. 11.

QVA RATIONE VITANda sit atra bilis.

Cap. X.

PEssimam uero illam quam in superioribus detestabamur atram bilem, hæc augent. Crassum turbidum uinum, præcipuè nigrum, cibi duri, sicci, salsi, aues, acuti, ueteres, usti, assi, fruti, carnes bouis & leporis, caseus uetus, salsamenta, legumina, præcipuè faba, lenticula, melangia, eruta, Brasica synapis, radicula, allium, cepa, porrū, *Atræ bilis quæ generatura.*

 mora,

mora, cariotæ: & quæcunque calefaciunt uel frigefaciunt, simulatq; desiccāt, & omnia nigra. Ira, timor, misericordia, dolor, ocium, solitudo, & quæcunque uisum est olfactum, auditumq; offendunt, omnium uero maximè tenebræ. Præterea exiccatio corporis nimia, siue longis nata uigilijs, siue multa mentis agitatione uel cura, seu frequenti coitu, usuq; rerum calidarum multum atq; siccarum, seu moderata quadam deiectione atque purgatione, uel exercitatione laboriosa, uel inedia, siti, calore, uel flicciore uento, uel frigore. Quum uerò bilis atra semper siccissima sit, frigida quoque, licet non æquè, huic certè resistendum est, rebus quidem modicè calidis, humidis uerò quàm maximè, cibis elixis, assiduè qui coquantur facile & subtilem gignat sanguinem absque clarissimum. Sed interim ut stomachi & pituitæ habeatur ratio, perinde ut bilis atræ, epulæ cinamomo ut ero eo & sandalis condiantur. Conferunt semina peponis, atque cucumeris atque pinei nuclei abluti. Conueniunt carnes auium

Quæ studio sis utilia.

a'uium et pullorum gallinaceorum, quadrupedumúe lactentium, oua sorbilia maximè, & ex membris animalium cerebellum, dulcia mala, pira, persica, pepones, pruna damascena atque similia, cucurbita rite cocta, herbæ huminæ, nō uiscosæ. Cerasea uerò, ficus, uuas minime laudo. Nauseam uerò atque facieta tem ualde detestor. Nihil autem aduersus hanc pestem ualentius est quàm leue uinum, clarum, suaue, ad spiritus præ cæteris perspicuos generandos aptissimum. Nam ut Platoni & Aristoteli placet humor, hoc uino non aliter mollitur atque dulcescit & claret quàm uel lupini aqua perfusi, uel ferrum flammis accensum. Verùm quantum eius usus spiritibus & ingenio prodest, tantum nocet abusus. Præterea infundere aurum uel argentum maximè ignitum, eorum que folia in poculis uel in ipso iure prodesse consentaneum est, atque aureo uel argenteo uasculo bibere, cibosque sumere. Item pertutile est sæpe stomacho uacuo liquiritiæ succus deglutiatur. Succus quoque punici pomi dulcis, atque

Cerasa & uuas non laudat.
Quod nimium profit.
Aurum & argentum ualent.
Succus liquirit.

dulcis arancei. Conducunt non mediocriter suaues odores, temperati maximè, at si regnat frigus ad calidum declinantes, sin dominetur calor, uergentes ad frigidum. Temperandi igitur sunt ex rosis, uiolis, myrto, caphora, sandalis, aqua rosacea, quę frigida sunt. Rursus ex cinnamomo, citro, aranceo, gariophyllis, menhta, melissa, croco, ligno aloe ambra, musco, quæ calida, Verni flores pro sunt in primis & folia citri, siue arancei odoratę poma, sed maximè uinum. Odores eiusmodi prout cuique premit, & naribus hauriendi sunt & pectori atque stomacho admouendi. Odores uerò calidos multumę siccos si soli fuerint & continui non probamus. Tenendus ore hyacinthus qui animum uehementer exhilarat, Hierobotana quoque id est sclarea syluestris tum cibo, tum odore confert. Buglossa rursus, borago, melissa, horumę trium aqua. Rursus lactucæ, endiuia, uua passula, lac amygdalinum, mensę familiarissime esse deberet. Fugiendus aer aut feruens aut glacialis nimium aut nubibus. Sed

aer

aer temperatus serenusq́ꝫ liberrimè admittendus Mercurius, Pythagoras, Plato iubent dissonãtem, animum uel mœrentem, cythara cantuq́ꝫ tam constanti quàm continno componere simulatq́ꝫ erigere. Dauid autem poeta sacer psalterio psalmisq́ꝫ Saulem ab insania liberabat. Ego etiam, si modo infima licet componere summis, quantum aduersus atræ bilis amaritudinem dulcedo lyræ cantusq́ꝫ ualeat, domi frequenter experior. Laudamus frequentem aspectum aquæ nitidæ, uiridis, rubeiûe coloris, hortorum nemorumq́ꝫ usum, deambulationẽ secus flumina, perq́ꝫ amœna prata suauem equitationem quoque, gestationem, nauigationémque lenem ualde probamus. Sed uarietatem inprimis facilésque occupationes, diuersaq́ꝫ negocia non molesta, assiduam hominum gratiosorum consuetudinem.

Mœror cithara mulcendus.

Saul ab insania cantu liberatus.

SCHOLIA.

Tenendus ore hiacintus.) Quia Iouialis est, tristitiem edulcans. Velut smaragdus, Beallus, quoq; saphyrus & iaspis uiridis.

Hiacinthus zonialis est

Hierobothanum quoque) De hierobothana sic Plinius scribit. Nulla herba Romanæ nobilitatis plus habet quã Hierobothanũ, quam peristerion multi uocant, nos Verbenacam Plinius lib 25. cap 9.

Clinia & Achilles cithara usi. *Animum mœrentem cithara) Hinc clinia Pythagorius, cum intelligeret se tedio molestari temporis, chordis cytharæ aptatis pulsare cepit. Et Achilles ardua molestaq; negocia, cantando ueterum res gestas, leuire consueuit.*

Dauid poeta Saul) quod 1. Regum legitur.

Equitatio stomacho grata. *Equitation. gestat nauigat) Equitationem temperatam Plinius stomacho & coxis utilem dicit. Gestationem perlectos pensiles Aesclepiades ægrotis commodo esse uoluit, & nauigationem pthisicis.*

DE CVRATIONE stomachi.

Cap. XI.

Sequitur ut curam stomachi quàm diligenter habeamus, ne nauseam cruditatemq; adducat unquam facietas, caputq; offendat. Bis cibus sumendus est, & modicus & leuis, cinnamomo, mace, nuce muscata moderata conditus. Semper tamen siccus cibus pondere alimẽta mollita, potumq; exuperet,

peret, nisi fortè atræ bilis siccitatem admodum uereamur. Famem (si commodè fieri potest) cibus, sitim potus exspectet. Auiditas utriusque supersit mensæ, fastidium & saturitas procul absint. Ab stinendum ab ijs quæ ob nimiam humiditatem uel uirulentam & unctam, uiscosam'que materiam stomachum relaxando debilitant, uel etiam frigida aut calidissima sunt, aut propter duritiam ægre coquuntur. Et quæ talia sunt, ut diu post mensam palato saporem reddant molestiorem, siue inflent, siue caput multis uaporibus impleant, ab omnibus inprimis quæ facile uel extra aluum uel in aluo putrescant. Dulces sapores, aut acres, si soli sint, nullo pacto probamus, sed dulces acri quodam uel acuto, uel sicco uolumus temperari. Mastix & mētha sicca, saluia recens, uuæ passulæ, cydonia, poma cocta, condita saccaro, cichoræa, rosa, corallus, lotus capparis & aceto conditus stomacho amicissima sunt. Mala præterea punica sapore inter acidum, dulcemque media, & omnino quæcunque moderate acida sunt

Cibus famē exspectet.

Dulces sapores non laudabiles.

sunt & aliquantulum austera, quæ medici styptica uocant, siue quæ aliquantu lum acuta sint uel salsa, uel aromatica.
Mirobala. pi. Mirobalani autem omnia superant. Vinum quoque rubeum potius quam album, sapore quasi paululum subamaro, ac nisi caliditas uel destillatio aliter postulauerit, optimum erit, merum paulatim bibitum. Omnino autem liquidiores epulæ, prius sumendæ quàm du riores. Sumpto uerò cibo conuenit co- stiandrum, pomumque cydonium conditum sacchare, mala punica, & pira austera, mespila quoque & persica sicca, atque similia. Mandere uero oportet antequã deglutiantur singula exactissime. Fouendus stomachus, si oportet, extrinsecus, mastiche, rosa, menta, corallo. Cauendum ne post cibum duabus aut pro ximis tribus horis uel cogitationi difficiliue llectioni sedulo incumbamus. Necessariæ forsitan erunt horæ uacationis quatuor, si cibus potusue uberior fuerit, aut cibus durior. Malum est cibo potuue uentrem extendere, pessimum sto macho sic extento difficilia cogitare.

Aut

Aut igitur nutrimentum ſume leuiſſimum, aut ſumpto, uaca donec quaſi cõcoxeris. Neque dormiendum poſt cibum meridie, niſi maxima cogat neceſſitas, atque id quidem non prius quàm horas duas uigilauerimus. Nocte tamẽ ſumpta cœna hora (ut uidetur) una uigiliæ ſat eſt. Coitus ſtomachus peſtilens præſertim ſi uel ſaturo ſtatim uel eſuriente concumbas. Ocio mœret ſtomachus, exercitatione gaudet, niſi dum cibo ſit plenus. Sumpto cibo ſtatim modicè deambulandum, mox uerò ſedendum. *Coitus malus ſtomacho repleto*

SCHOLIA.

Famem (ſi commode) cibus.) Nam ultra debitam horam tollerare famem, ſtomachum lędit Auicenna teſte tertia primi cap. 7. doct. 2.

Sitim potus expectet.) Sitim potus, ſi fieri poteſt commode, expectet. Nam qui nimium ſitum tollerant bibendi auiditatem ſibi conciliant. Vnde Galenus libro interiorum inquit, Qui ſitit & non bibit ſupplicium fert ſine adiumento.

Dulces ſapores ſi.) Octo ſapores tangit qui ſignificando ſupra rei craßim iudicare habent.

Inter acidum dulcemq́;.) Muſæ intelligit.

Mirobalani autem.) Mirobalanos omnes Meſne

in suis simplicibus describit.

Paulatim bibitum.) id est moderatè.

Conuenit coriandrum.) Coriandrum unius tunicæ, Cydonium conditum saccaro, mala punica pira austera, nespila, & persica sicca omnia cor stomachi sic corrupant, ut nec quicquam uaporum ad caput ascendere queat.

Necessariæ forsitan erunt.) in istis enim subinde perfectè digestio absoluitur.

Neque dormiendum meridie) Auicen secund. primi doct. 2. cap. 7. quinque obseruatis, necessitate urgente, somnum pomeridianum comedit. Vt qui dormire assueuerit. Non illico super cibum dormiat, non capite depresso non tempore prolixo, cui expergefactio succedat non stupenda nec repentina, sed lenis, adijciunt tamen medici, ut dormiens locum conuenientem eligat, non calidum aut uaporosum, sed temperatum, uel parum ad frigidum declinantem, corpore pro temporis qualitate tecto & discalceatis pedibus.

DE IIS QVAE FOVENT MEMbra præcipua & uires spiritus.

Cap. XII.

SEd iam præstare uidetur ut nonnulla ex medicorum officina in medium producamus, quæ stomachi, cordis cerebri, spiritum ingenij, uires, uel seruent integras uel restituant, ac si uel pituita

tuita uel atra bilis, excrescat, uel immineat & nausea longè propellant. Omnes sine controuersia medici consenserunt, nihil esse salutarius theriaca, fouendis confirmandisq; tamē singulis membris & uiribus, tamen spiritus atque ingenio. Huius igitur inprimis utemur drachma dimidia aut saltem drachmæ tertia parte, bis qualibet hebdomada, hieme & autumno, sed æstate atque uere semel, uel sola, uel si placet frigidis humidisq; temporib. cum pauculo mero claro, suaui, tēporib. uerò calidis, siccisq; præsertim si natura uel ætas sit calidior, cum aquæ rosaceæ duabus uncijs aut tribus, stomacho scilicet uacuo, sex aut septem horis ante cibum, si tyriaca desit, dabimus mitridaticum. Sed ubi tyriacam mitridatûmue sumimus, eo die ab omni re calida penitus abstinendum. Ac si estas aet uer fuerit frigidis est utendum. Secundo uerò loco eadem in causa probatur ab omnibus aloe ritè electa, atque lota. Sume mirobalanorum chebularum drachmas duas, rosarum purpureatum, sandali rubei, emblicorum cinna

Theriaca.

Canon.

Aloe.

cinnamomi, croci, corticis pomi, citri, beem, melissæ, id est citraræ, singulorum drachmam unã, aloes electæ ritæq; abla tę drachmas duodecim, & ex ijs confice pillulas optimo mero, quibus hebdomada qualibet semel utaris diluculo, eo scilicet pondere quòd naturæ tuæ con ueniat, æstate quidem cum aqua rosacea, alias uerò cum uino. Quibus autē diebus neque theriacam neque pillulas assumes, utere confectione eiusmodi, mane & uespere, duabus aut tribus an te cibum horis. Sume cinnamomi electiss. drachmas quatuor, chebularum mirabolanorum duas & totidem emblicarum, croci, rosarum purpurearum drachmã dimidiam, sandali rubei drachmas duas, corallorumq; similium drachmam unam. saccari albissimi quantum satis est, perfunde saccarum aqua rosacea atq; succo citri uel limonum æqua libus uidelicet portionibus. Coque sua uiter, deinde adde tertiam partem drachmæ musci atque ambrę tantundem. De mum confice bolos solidos quos morsulos uulgò nominant auroq; inuolue.

Morsellorũ descriptio.

Tria hæc ipsi eo usu quo præscripsimus experti sumus, theriacam et aloen ita (ut diximus) temperatam confectionemq; illam singulis conferre membris & uiribus & spiritibus: acuere sensus, atque ingenium memoriam confirmare, pituitã quoque & bilem atque atram bilem illis pillulis facilé uel educi uel emendari. Præterea cuilibet ætati & naturæ, tria quæ diximus familiarissima iudicantur.

SCHOLIA.

Nihil salubrius thyriaca) *Ex libro Isac Petrus de Ebano hunc calidos infrigidare docet, frigidos calefacere, siccos humectare, & humidos siccare, sed thyriacam magnam Andromachi bene fermentatam intelligit, non recentem quæ autore Galeno naturam oppij refert 5 libro de ingen. sanit. cap. 11. dicitur autem recens donec annum attigerit trigesimum eodem autore in lib. de thyriaca capite primo.*

Dabimus methridatcum.) *Hoc est antidotum quem potentissimus rex Ponti Methridates omnibus uenenis certissimè contrarium, ad inuenit, & multotiens bonum in se probauit. Nam persæpe ostentandi gratia uenena hausit & semper illæsus remansit. Denuo autem à Romanis uictus in intima sui regni secessit. Ybi, quia ueneno necari non ualuit se ipsum gladio perfo-*

perfodit. Confectionem Aeginetæ habet lib. 7. & mul-
ta de hac re A. Gellius noct. Atticarum lib. 17. cap. 17.
Aloe rite lota.) Quid aloe & omnia quæ hic po-
nuntur Mesue planè in suis describit simplicibus.

DE MEDICINIS
contra pituitam.
Cap. XIII.

Pillulæ ex hiera picra. Si aduersus exundantem pituitam a-
crius pugnandum fuerit pillulas aut
tora ex Hierapicra Galeni uel quas
Mesues alephanginas nominat, dabi-
mus quinque quociens oportuerit, uel
etiam in robustiore natura pillulas ex
hiera atque trochiscis agarici pari portio-
ne compositas semper uerò cum melle
rosaceo liquido, atque oximelle, aquá-
que marathri id est fœniculi. Qui certé sy
rupus in pituita digerenda etiam ante
pillulas atque post eas maxime prodest.
Si una cum pituita cæteri quoque hu-
mores turbent, pillulis ex Rheubarba-
ro mesues, uel pillulis quæ sine quibus
à posterioribus nuncupantur oportune
purgabimus. Omnem uerò uehemen-
tem repentinamque deiectionem purga
tionemque

tionemq́ penitus detestamur. Nam stomachum corq́ debilitat, spiritus multos exhaurit, confundit humores, spiritus fumis humorum fuscis obtenebrat.

SCHOLIA.

Omnem uehementem repentin.) Sunt hæc contra circumforaneos medicos & agyrtas, qui purgandum suadent ad animæ deliquium, parui facientes medicinæ effectum si non sedium myriades numerauerint, nō considerantes medicorum alpham deiectiones dixisse non secundum multitudinem æstimandas. Sed si talia deijciuntur qualia oporteat conferre & bene tolerari libro primo aphorism.23. Hippocr.

Alephanginas mesue.) Quas Mesue habet in suo antidotario, alephangina, hoc est aromaticæ dictæ, quòd multa aromatica ingrediantur.

Hiera pigra Galeni.) Hieram pigram id est sacrā amaram fortissimam Galeni intelligit in Nicolai antidotario descriptam.

Trocisci agarici) Trociscus est rotunda compositio cum quadam depressione ad similitudinem crassi lupini.

Pillulæ sine quibus.) Hæ mirabiliter caput à pituita bile & melancholia mundificant. Descriptionem Nicolaus ponit & Gilbertus anglicus in cap de Scotania.

DE DESTILLATIONE

Cap. XIIII.

SI caput propter pituitam destillationibus fluctuat, quandoq; hora somni aliquot ex pillulis quas modo descripsimus dabimus. Iubebimus praeterea ea hora & alijs thus saepe mandere. Nam mirifice destillationibus & sensibus omnibus, memoriae que succurrit. Rursus muscata nux & tyriaca ore retenta probatur. Maiorana quoque quã amaracum nominant, uel eius aqua admota naribus uel infusa. Post cibum uerò alimentorum fumos coriandro cydoneisq; coercebimus.

SCHOLIA.

Admota naribus uel infusa) Loco caput purgij, Gargarismata & masticatoria saepe caput purgia nominamus, sed hoc loco caput purgium res liquida, ut aqua maioranae, per nares attracta caput purgium dicitur.

DE DOLORE CAPITIS. Cap. XV.

SI caput sæpe doleat humore grauatum frigido, præter illa quæ narrauimus, confectionem illam quā diambrā nomināt uel diacori, uel plirisarchoticon, tenere ore iubebimus. Quinetiā masticem sępe mandere. Pretetea linire frontem tempora, ceruicem, maioranæ, fœniculi, rutæ folijs una cum oleo rosaceo tunsis. Similiter aloe aceto, oleo aquaq; rosaceis perfectè diluta.

SCHOLIA.

Quam diambram nomin.) Confectionem diambræ intelligit descriptione Mesues. Etenim quam uel Auicenna uel Serapio ponunt, in usu non habetur.

Vel diacori.) Diacorum ratione compositionis summopere cerebrum & neruos confortat.

Vel pliris arcbuticon.) Hoc interpretatur principium electuariorum, & pro confortatione stomachi datur cum decocto stomatico, uel de zinzibere uel de galange pro confortatione cordis cum aqua buglossæ, pro cerebri suppetijs cum apozimate ex Bethonica.

DE CVRA VISVS.
Cap. XVI.

VBi oculi caligant, neque rubent, tamen neque aliud præbent ullum caloris indicium tunc sanè collyrium ex aqua, fœniculi, maioranæ, chelioniæ, rutæ, adhibito, croco & antimonio confert. Sed aqua eiusmodi prius densiori panno est exprimenda. Nihil tamen admoneas oculis nisi antea pillulis lucis sæpe purgaueris. At si caligantes oculi rubeant subito pillulis ex fumo terræ compositis purga. Mox collyrium ex aqua rosacea & saccharo prodest. Nonnūquam uerò albumine oui, tutia, lactiq; adiectis quàm primum opitulatur. Omnino autem quotidianus usus maratri uisum seruat & acuit. Semen quidem eius frequenter ore tenere oportet, folia uerò cōmedere. Triphera minor à Mesue descripta optima est. Optimum quotidie uacuo stomacho mirobalanum chebulum conditum sumere atque cum eo nonnihil panis ex saccaro maratroq; in puluerem ducto cōpositi. Quod insuper ingenio mirum in

modum

modum ac producendæ uitæ prodest. Eufragię quinetiã usus oculis est singulare præsidiũ, in omni uel dolore capitis uel caligine oculorum diuertendi sunt retro uapores, frictionibus, cucurbitulisq;. At si calor in causa sit sanguisque abundet hyrudines ceruici & humeris adhibimus. *Eufragia.*

SCHOLIA.

Collyrium.) Collyrium ocularis medicina est.

Nonnunquam tutia.) tutia præparata.

Vsus maratri.) Id est fœniculi, quod maratrum dictum est à marcescendo, quia ad condienda plurima, cum inaruerit commendatissimum sit. Si Nicandro in thyriacis credimus, & Plinio octauo libro, hanc herbam inprimis serpentes nobilitauere, succo quidem oculos caligantes ea roborantes. Quos humana denuo secuta est solertia fœniculum collyrijs addens. Et in hunc finem secundis mensis quoque comas eius & semen additas Verg. Marcellus quàm docte scribit. *Maratrum inuene. serpentis.*

Trifera minor) In Mesues antidotario hæc descripta reperitur. De mirobalanis chebulis Mesue in suis simplicibus.

Cucurbitulisq;.) id est scarificatione.

Hyrudines. id est sanguisugas.

DE GVSTV INSTAVrando.

Cap. XVII.

STomachus sæpe literarum studiosis gustum ferè omnem amittat. Si id pituitæ uitio incidit quod acidus ore sapor, uel saliua multa & glutinosior indicat, postquam aluum subduxeris medicinis quas supra narrauimus, aromatico rosaceo utere, saccaro rosaceo mixto melle quoque rosaceo cum cinnamomo, solo etiam, uel gingibere condito, uel menthæ syrupo. Sed inprimis thyriaca. Sin autem bilis forte copia contingit, quod quidem os amarulentum ostendere solet, similiter post purgationem ex aloe, sicut diximus, præparata uel Reubarbaro adsume, uel triasandalum, uel oxisaccarum saccaro, aceto albo, & uino acrioris mali punici compositam, uel persica, piraue condita siue syrupo confecta, sicut Mesues docet, uel nostram eiusmodi confectionem gustui saluberrimam. Sume saccari rosacei uncias quatuor, diacitoniten tantundem,

dem, mirobalanorum chebulorum ſemiunciam, emblicarum tantundem, ſandali rubei, coralli rubri, utrorumque æqualiter drachmam dimidiam, funde inſuper iuleb ex ſucco citri, uel limonis uncias tres aut duas. Quod ſi ſtomachus debilis eſt & frigidus, adijce duas cinnami drachmas. His ante cibum duabus horis utendum, Nauſeam ſemper ab utroque humore natam tollit diacitonites, & uſus caparis cum aceto. Item potus modicus ieiuno ſtomacho albi aceti roſacei, ſi duplo ſaccari pondere miſceatur. Rurſus menthę ſyrupus atque abſynthij. Item mentha cum aceto condita uel acido mali punici ſucco diluta, atque rigata.

Diacitoniten nauſeã tollit.

SCHOLIA.

Duas cinami drachm.) *Cinamum Cinamomum groſſius dicitur.*

Cap. XVIII.

VErùm miſſa hæc tanquam leuiora faciamus atque ad id quod periculoſiſsimum eſt reuertamur, ſcilicet

ad atram bilem, quæ quotiens abundat & furit, cum corpus totum, tum uel maximè spiritum quasi quoddam instrumentum ingenij, ipsumq́ ingenium & iudicium labefactat. Primùm in ea curāda præceptum sit, ut docuit Galenus, ne repente illam educere cōtendamus, ne forte parte eius liquidiore subtilioréque subducta, residuum densius admodū sicciusq́ resideat, sed paulatim molliatur, digeraturq́ pariter atque educatur. Secundum ut interim tam cibis humidioribusq́, quàm lauacris dulcibus & modicis, unguentisque similibus caput & corpus totum ad summum pro uiribus humectetur, ea tamen cautione ne uel destillatio irritetur, uel destituatur stomachus, & iecur, uel meatus corporis obstruantur. Tertiam uerò, & id quidem maximè necessarium ut continuè cor foueatur, roboreturquê rebus congruis, partim intus acceptis, partim extra pectori, naribusûe adhibitus. Aspiciantur quoq; & audiantur, odorentur & cogitentur assiduè oblectent. Cōtraria uerò longius arceantur.

Spiritus instrumentū ingenij Canon.

SCHO-

SCHOLIA.

Digeraturq; pariter) *Galenus enim hanc difficilis resolutionis esse docet secundo pronostico. cap. 46.*

Quam lauacris dulcibus.) *Lauacrus ex aqua sine omni minera existente, talis enim, si debito modo utatur corpus humectat.* *Lauacrum dulce quod*

DE SYRVPIS.

Cap. XIX.

MVlta quidem à multis aduersus humorem composita sunt. Ego autem in præsentia tua quædam remediorum genera è plurimis efferã, electissima omnium atque tutissima. Accepta primum à priscis, deinde à recentioribus cõfirmata, interdum etiam à nobis ad usum nostrum accommodata. Inprimo est syrupi optimi compositio. In secundo pillulæ probatissimæ. In tertio electuaria saluberrima. His tribus oportune adhibitis, melancholicus humor mollitur & digeritur atque soluitur spiritus acuuntur & illustrantur, souetur ingenium confirmatur memoria. Syrupe est huiusmodi, sume boraginis,

 bugloss.

bugloss. florumq; utriusque melissę, capillorum Veneris, Endiuiæ, Violarum, cuscutæ, polipodij, senę, epithimi singulorum quantum manu capitur, pruna damascena numero uiginti, odora poma numero decem, passularum unciam unam, liquiritiæ unciam dimidiam, cinnamomi, sandali rubri, corticũ citri, singulorum drachmas tres, croci drachmã dimidiam. Coquantur in aqua omnia præter epithimum & aromata donec pars tertia consumatur. Decoctio expressa post cum saccaro iterum, & epithimo moderatè coquatur. Postremò infundantur aromata scilicet cinnamomum atque crocus. Huius syrupi auroræ calefacti unciæ tres bibantur, simulq; unciæ duæ aut tres aquæ buglossæ, atq; una cum ijs ex sequentibus pillulis accipi debent saltem duæ, aut plures pro ut cuique conuenit, eo scilicet pacto ut aluus quotidie paulum moueatur.

SCHOLIA.

Mellisophillum. *Florum utriusque melissæ*) *Duo sunt ex uulgarium herbariorum sententia mellisophili id melissæ genera, unum uerum, alterum adulterinum hoc Germani*

ni wayzenkraut nominant.

DE PILLVLIS.

Cap. XX.

Pillularum uero quantum ad propositum spectat, duo sunt genera; aliæ delicatis congruunt robustioribus aliæ. Primæ aut eæ siue magicæ nominari possunt, partim magorum imitatione, partim nostra inuentione, sub ipso Iouis Venerisq; fluxu compositæ, quæ pituitam, bilem, atram bilem educunt absque molestia, singula membra corroborant, spiritus acuunt & illuminant. Ita eos dilatant ne constricti mœstitiam patiant, sed ditatione gaudeant. Ita rursus stabiliunt, ne extensione nimia euanescant. Sume igitur grana auri duodecim maxime foliorum eius si pura sint thuris, myrrhæ, croci, ligni aloes, cinnamomi, corticis citri, melissę, serici crudi, coccinæi, menthæ, been albi. Been rubei, singulorum drachmam dimidiam, rosarum purpurearum, sandali rubri, coralli rubei, mirobalanorum trium, scil-

Pillulæ magicæ.

 cet

cet emblicorum, chebulorum, indorũ, singulorum drachmam unam, aloes ritæ ablutæ tantundem quantum cunctorum pondus. Confice pillulas mero quàm electißimo. Sequuntur pillulæ ad soluendam melancholiam, aliquanto ualidiores, ut eruntamen minimè uiolentæ. Sume pœoniæ, mirrhæ, stichados arabici, melissæ, thuris, croci, mirobalanorum, trium scilicet emblicarum, chebularum, indarum, rosarum singulorum drachmam unam, trochiscorum agarici polipodij, epithimi, sene, lapidis lazuli loti, & rite præparati, lapidis Armeni affecti similiter drachmas tres singulorum, aloes lotæ uncias duas uino perfecto pillulas confla. Si cum melancholia manifesta caliditas dominetur, quæ in hac compositione frigida ad tertiam insuper ponderis sui partē augenda erunt. Has pillulas ut literarum studiosis conuenit Græcorum, Latinorum Arabumq; imitatione composui, noluiu
Carneades utebatur ueratro. uerò fortiora miscere, quale ueratrum quo Carneades Phanaticus utebatur. Viris enim literatis tantum uel paulo sic minoribus

mioribus consulo, quibus nihil pestilentius est, quàm uiolentia. Ideo prætermisi pillulas indas, lapidisq́ lazuli, uel Armeni notas. Et quam compositionem Ieralogodion appellant. Si denique decet simpliciorem compositionem inferre, qua ego familiaris utor. Sume aloea lotæ unciam unam, mirobalanorum emblicarum atque chebulatum utriusque pariter drachmas duas, masticis drachmas duas, duas quoque rosarum præfertim purpurearum, confice pillulas uino. Proinde pillulis aut ijs aut illis scilicet quas probauimus, nemo unquam solis uti debet, ne fortè nimium exiccetur. Quod quidem in melancholia pessimum est, imò uel una cum syrupo quē secuti partim Mesuem, partim Gentilē Fulginantem, supra descripsimus, uel cum uini odori, leuisq́ uncia una, siue tribus, ut cuique conuenit, cum aqua mellis & passularum, atque liquiritiæ. Aut sicubi caliditas dominatur, cum iu leb. uiolaceo aquaque uiolacea. Omnino autem consulo literatis quicunque ad atram bilem sunt proniores, ut hac

purga-

purgatione bis quolibet anno. Vere scilicet & autumno utantur, diebus quindecim continuis, uel uiginti pillulis scilicet cum syrupo atque similibus. Quicunque uerò paulo minus huic morbo obnoxij sunt, sat habebunt si pillulas primas aut ultimas toto anno sumant, semel hebdomada qualibet æstate quidem cum iuleb ut diximus, aliàs uerò cum uino.

SCHOLIA.

Iupiter studiosis fauet. Sub ipso Iouis Venerisq́;.) Qui influxus studiosis auspicatißimus est, & euacuando non effrenitat suam operationem.

Aurum cū robur. Auri grana duodecim.) aurum à proprietate sua occulta maximè confortat cor.

Armenus lapis my. rer peribilis. Et lapidis armeni) Rabi Moyses lapidem Armenum à paucis uisum docet, Et Victruuius libro septimo architecturæ hunc lapidem saltem pingendis parietibus utilem scribit.

Carneadis & Antipatris mors. Carneades phanaticus.) Hic Carneades Cyrenæus cum attulißet Antipatrum ueneno hausto defunctum & ipse incitatus est eo modo se iugulo dare. De Carneade Laertius multa quarto libro de uita Philosophorum.

Vere scilicet & autumno.) Ad hanc Auicennæ quarta primi, quinto capite Paranæsim. Et scito, inquit,

quit, quòd tempus quo sumenda est medicina, non sit uehementer frigidum, duas anni partes eligendas innuens, uer scilicet, & autumnum, ne tempore nimis calido humores mobilitati nimium fluant, & plus æquo frigido reddantur immobiles.

DE MEDICINA LIquida.
Cap. XXI.

MEminisse uerò oportet ubi maximum in exiccationi periculum imminet, purgare tamen necessitas cogit operepræcium esse pillulas intermittere atque in ipso syrupo uel simili quadam decoctione facta, in aque buglossæ, quando purgandum est, interdum infundere diasene uel diacatholiconis, uel triferæ persicæ unciam unam aut saltem dimidiam. Quòd si corpus robustius sit uel astrictior & durior aluus, addere electuarij Hamech drachmam unam aut duas. Vtilis quoque hic est confecta cassia, utilior manna. Nec omni melancholiæ speciei conueniunt, sed illi maximè quæ adustione creatur. Sin autem melancholia naturalis sit cõ-

uenfunt quidem, uerum præcipuē ſi in ſyrupo addatur polipodij portio dupla uel tripla, ſimiliter liquiritiæ, crociq́ʒ & paſſularum, & medicinæ addantur mellis roſacei liqui unciæ duę. Quoties uerò ſyrupus ſumendus ſit, in ſuperioribus diximus. Sed medicina cum ipſo ter uiginti diebus ſumenda erit. Verùm ſi melancholicus nullus humor appareat, tantum uerò complexio melancholica ſcilicet frigida membrorum qualitas atque ſicca, memēto ducere aluum, uel mittere ſanguinem minimé expedire, ſed reliqua duntaxat facere, quę uel diximus uel dicemus, præſertim quæcunque ad corpus pertinent mediocriter calefaciendum atque magnopere humectandum, ſpiritusq́ʒ quoad fieri poteſt illuminandos, fouendaq́ʒ membra. Vbi uerò ipſe atræ bilis humor exundat non madefacimus tantum corpus atque humorem, ſed etiam ſoluimus aluum ea cautione qua diximus. Nunquam uerò uehementer. Siquidem Plato in Timæo nos mouet diuturnum morbum qualis eſt melancholicus

Plato fortis etiam diſſuadet.

eus non esse nimis ualentibus medicamentis atque molestis pharmacis irritandum.

SCHOLIA.

Triferæ persicæ) *Intelligit triforam quam Nicolaus in suo antidotario habet.*

Confecta caßia) *De Arabum caßia loquitur cuius Græci non habuerunt cognitionem ut Symphoria-no placet. Nam hæc æqualem remolliendi uim habet, altera Græcorum caßia de qua Galen. 7. simplicium cap. 11 calida & sicca mulieribus ducit menses & lignea uocatur.* Caßia duplex.

Vtiliora manna) *De melle aereo aluum leuiter soluente hic scribit, quod Arabum medici à sacris Hebræorum literis, accepta similitudine mannam dicunt. Non de manna uel Dioscoridis uel Plinij, quam thuris pollinem esse constat ualde constringentem.* Manna mel aereum.

Nimis ualentibus medica.) *nimis fortibus. Natura enim uelocem impetum abhorret.*

DE SANGVINIS MISsione.

Cap. XXII.

Svnt nonnulli in sanguinis missione audaciores quos medici sapientes admodum detestãtur. Nam sanguis est atre

Sanguis atrae bilis temperam.

est atræ bilis temperamentum, ſpiritus fomes uitæ theſaurus. Solum uerò ubi abundantiam ſanguinis indicat, uel profuſior riſus, audaciaq́ue & confitentia multa, uel color rubens, uenarumq́ tumor, mittere ſanguinem literatis quando res poſtulat debemus, è uena lienis ſiniſtri brachij, lata quadam inciſione, quatuor uncias mane, ueſpere totidem. Deinde paucos poſt dies, ſaltem ſeptē ad ſummum quatuordecim, tum frictione quadam aſperiore, tum admotis hirūdinibus quas ſanguiſugas uocant mariſcas irritare ut ſanguinis unciæ tres aut quatuor inde deſtillent. Hæc ambo robuſtioribus tantum facienda uidentur. Debilioribus uerò, ſi neceſsitas poſtulat mariſcas ſolum ſicut docuimus irritare. Sed neque uentrem medicinis ſoluere, neque mittere ſanguinem licet, niſi prius cliſteribus pinguibus mollibusq́ lenieris. Atque hoc ſit in melancholica natura commune preceptum, dandam eſſe operam ut ſi oportuerit eiuſmodi cliſteribus frequentatis uenter inferior lubricus ſemper ſit atq; purgatus.

SCHO-

SCHOLIA.

Sunt nonnulli audaciores.) Hos medici sapientes detestantur. Maximè Chrysippus Guidius quem Aιμοφόβον ideo dixere quòd uenæ incisionem, propter sanguinis precium, ex omni medicinalium præsidiorum munere tollēdam censuerit. Hali scribit primum phlebotamiæ inuentorū, quòd ea abusus esset, capitis mulctam dedisse.

Chrysippus Guidius Aιμοφόβον quare dictus. Phlebotho. inuentor capitis mulcta damnatus.

Sanguis bilis temperamentum.) Plato sanguinem uitæ thesaurum dicit, conseruandum spirituum & caloris naturalis pabulum.

Lata quadam incisione.) Vt liberius craßius humor exire quot.

Mariscas irritare) irritare id est aperire ficus insipidas, quarum Martialis sic meminit:

Marisca quid.

Infanti melimela dato, fatuasq; mariscas
Nam mihi quæ nouit pungere, Chia sapit.

Hic intelliguntur hæmorhoides uel ani condilomata.

DE ELECTVARIIS.
Cap. XXIII.

SEquuntur electuaria, ex quibus laudo equidem quod Rhasis exhilerās appellauit, præterea quæ in libro de uiribus cordis Auicēna co ponit. Sed multo magis quod Mesues ita conscri-

 bit.

bit. Sume crudum sericum colore cocci neo nuper unctum pondere libram unam, id merge succo pomorum dulciũ & suauiter redolentium, atque succo buglossæ aquaq; rosacea singulorum libra una, post quatuor & uiginti horas totum id coque suauiter donec aqua rubeat. Deinde extrahe sericum atque insuper exprime diligenter, infunde mox sacchari candidissimi centum & quinquaginta drachmas, coque rursus donec quasi mel spissetur. Amoue tunc ab igne, atque infunde dum calet, ambræ crudæ diligẽter confissæ drachmas sex, & ut liquescat ambra permitte. Postremo adde his puluerem eiusmodi. Sume ligni aloes crudi, cinnamomi, utriusque ęquæ sex drachmas, lapidis lazuli rite abluti drachmas tredecim, unionum id est, albarum margaritarum drachmas duas, auri uerò drachmam unam, musci electi drachmæ partem dimidiam. Dantur ex eo cum uino drachmæ duæ uel una, mane ac uespere ante cibum tribus aut quatuor horis, id mihi præ cæteris ualde placet. Veruntamen

probo

probo etiam diamuscum Mesues dulcē, compositionemq́ gemmarum modo cum aqua rosacea assumantur. Laudarem quoque mirifice quod est à Petro Ebanensi philosopho summo confiatum, nisi ipsemet ex eius immodico usu dilatationem exhilationemq́ spirituũ nimiam formidaret. Quamobrem duo quædam insuper excogitaui tutissima atque ob temperationem suam cuilibet tempori, ætati, naturæ, conuenientissima in quibus miscetur utile dulci. Quæ tantum nutriunt quantum fouent & roborant. Preterea spiritui & ingenio tantum stabiliendo quãtum acuendo & illustrando conueniunt Sume sacchari rosacei uncias quatuor, saccari una cum floribus buglossę concocti uncias duas, corticum pomi citri conditi cum saccaro unciam unam chebularũ conditarum uncias duas: Cinnami electi drachmam unam, sandali, coralli utriusque rubri, item serici coccinei crudi concisi, croci, margaritarum singulorũ drachmam dimidiam, auri, argenti singulorum tertiam drachmæ partem, am-

bræ, musci utriusque grana duo. Funde omnia simul succo citri uel limonis saccaro cocti. Sequitur confectio altera, aliquanto salubrior, certè multo suauior. Sume amygdalarum dulcium quatuor uncias, nucleorum pineorum ablutorum diei unius spacio, semium cucumeris utrorumque pariter uncias duas, saccari duri quod caudum id est candidum uocant, quatuor uncias. Saccari alterius sed albissimi libram unam atque dimidiam, funde cuncta hæc aqua rosacea atque limonis & citri in qua extinctum fuerit ignitum aurum & argentũ simul coque suauiter. Demũ adde cinnami, been rubri, coandali rubri, coralli similiter singulorum drachmam unã, margaritarum niridissimarum, croci, serici crudi coccinei, minutissime attriti singularum drachmam dimidiam, auri, argenti, utriusque grana duodecim. hyacinthi, smaragdi, saphiri, carbunculi singularum tertiam drachmæ partem. Si cui uerò desunt aurum, argentum, ambra, muscusque preciosi lapilli, confectiones illæ etiam prodesse multum his poterunt.

poterunt. Quarum tres potisſimùm eli go, unam Meſues quam recenſui, duas uerò noſtras, quas modo deſcripſimus. Quo uerò pacto ijs utendum ſit ſuperius ſatis oſtendimus. Si quis autem ſimplicius aliquid appetat, omnibus tamē accommodatum hîc citri pomum perfectè maturum integrum perfectè contūdat, multoq́ ſaccaro & multo roſarum ſucco adhibito coquat, coctum uerò modico cinnamomo crocoq́ condiat, aut aromatico roſaceo utatur ſic temperato. Sume aromatici roſacei unciam unam, ſaccari roſacei diabuglоſſati utriuſ que uncias duas aut ſimiliter miſceat diamuſcum. Quęcunque enim duo hęc non ſint ſimplicia tamen facilè ſatis habentur. Ac ſi caliditas timeatur diaprunis & ſaccarum uiolaceum adiungantur.

SCHOLIA.

Rhaſis exhilerans.) *Id communiter letificans ad Almanſorem dicimus.*

Colore coccineo.) *colore qui in roſis micat.*

DE NIMIA VIGILIA
Cap. XXIII.

SAepe melancholicis præsertim literatis accidere solet, ut nimium exiccato cerebro uigilijs longis extenuentur. Quoniam uerò nihil atræ bilis mala magis auget quàm longa uigilia, tanto malo omni studio succurrēdum. Ideo lactucas post cibos alios edās una cum papauere modico, paaculo croco. Vinumq; purum sorbeant post lactucā neque ultra horam lucubrent. Cumq; se dormitum conferunt, confectionem huiusmodi sumant, in qua seminis papaueris albi unciæ duæ sunt, seminis lactucę uncia una, amomi croci utriusq; pars drachmæ dimidia, sacchari unciæ sex. Dilue & coque omnia simul syrupo papaueris. Edāt huius drachmas duas, simulq; nonnihil syrupi papaueris gustent aut uini, illinias eis frontem temporaq; oleo ex uiolis & ex nenuphare adiecta camphora. Item lacte oleoq; amygdalino atque uiolaceo. Odorem croci camphoræ, putaminumq; dulcis mali naribus

Vigiliæ atram bilem generant.

Camphora sorcinum inducit.

naribus admouebis. Aceti insuper modici, sed aquæ rosaceæ plurimæ, sternes quoque lectum plantarum folijs frigidarum. Aures grauibus cãtibus sonisq; delinies. Humectabis sæpe caput eiusmodi lauacris, scilicet aqua i aqua cocta sint frustra papaueris, lactucæ, portulaca, maluæ, rosarum, uitis, salicis, arundinumq; folia, addita camomilla. Balneis quoque dulcibus ex rebus eiusmodi sæpe tibio, brachiaq;, sępe totum corpus est humectandum. Lac insuper bibere mixtum sacch£aro, scilicet stomacho uacuo, si modo stomachus optimè tollerauerit, maximè prodest, humida hæc melancholicis etiam si satis dormiant mirificè conferunt. Memento lac amygdalinum in mensa familiarissimum esse debere. *Lac somnisferum.*

SCHOLIA.

Semen papaueris albi.) Semen hoc à Vergilio soporiferum quarto Aeneidos dictum est. Celsus & Galenus papaueris lachrymas id appellant quod nos opium dicimus, cuius medio redditur membrum ita stupidum ut incisionem non sentiat. *Papauer somniferũ. Oppium.*

Si stomachus tollerauerit.) Hoc est si non sit

cholera rubea contaminatus.

DE HEBETVDINE atque obliuione.

Cap. XXV.

ACcidit uerò nonnunquam ut studiosis, uel quia sedulo inclinato capite legant, scribantue, uel quia otio nimio torpeant pituita quędam uiscosior unà cum frigidæ nimis melancholia caput occupans grauet, atque hebetes & obliuiosos efficiat. His ergo caput exonerandum est ijs remedijs quę alias diximus pituitę conuenire. Sin minus illa suffecerint, ad pillulas indas & cocchias, hieralogodiumq; confugito. Preterea ad hiaram diacoloquintidos uel Archigenis, uel Andromachi, uel Theodorionis, aut ad pillulas Iudęi quas Mesue in capitulo de capitis dolore describit. Quod si natura, ętasúe frigidior sit, nec ęstas obstiterit post purgationem utere illa anachardina quā Mesues sapientum confectionem in antidotario nominat. Rursus anachardina illa, quam in capitulo de obliuione ex sententia

Anachardina.

ſentētia filij Zachariæ recenſet. Da ſum mo mane drachmam unam, ſed qui eam ſumit ab ira, coitu, ebrietate, labore rebusq; calidis eo die prorſus abſtineat. Hæc quidem aduerſus hebetudinem obliuionemq; ualentiſsima ſunt. At uerò ſi familiaria magis optet, da gingiber ſaccaro conditum ſed modico thure mixtum, quod ſenſibus & memoriæ magnopere prodeſt, præſertim his adiectis melle anachardi, melle chebularum, acoris, ciperis, ambra, muſco, prodeſt etiam diambra, pliris ſarchoticon, diacorum. Sed hæc ore diutius retinenda naribus etiam & auribus infundenda. Odor quoque thuris, amaraci, maratri, nucis muſcatæ, rutæ gariophilorum prodeſt non mediocriter. Memento tamen theriacam in his & ſimilibus, quemadmodum ab initio diximus nulli unquā remedio poſt ponendam. Præterea hebetibus obliuioſisq; tempora & ceruicem unctione eiuſmodi unge. Sume olei ſambucini unciā unam, olei de been uncias duas euphorbij unciam dimidiā, caſtorei quoque tantudem perfricabis

 brachia,

brachia, crura, ceruicemque uehementer. Ac si opus fuerit ceruici cucurbitulas admouebis. Verticem præterea capitis amaraco, thure, nuce muscata tunsis operies atque fouebis.

SCHOLIA.

Theriacam nulli unquam remedio.) Vel inde quid multa simplicia Ioui & Phœbo dicata certa proportione commixta theriacam ingrediantur.

QVIA CORPOREVM QVIDEM SPIritum curare debeamus, incorporeum colere, ueritatem denique uenerari, primum medicina præstat, secundum disciplina moralis, tertium uerò religio.

Cap. XXVI.

Per quid ueritas capiatur.

SI homines ueritatis cupidi tanta medicorum diligentia corporeum spiritum curare debent, ne forte omnino neglectus uel impedimento sit, uel inepte seruiat quærentibus ueritatem, multo proculdubio diligentius incorporeum spiritum, id est intellectum ipsum disciplinæ moralis institutis colere decet, quo sola ueritas ipsa cum sit incorporea

porea capitur. Ne fas enim est solum animi seruum, id est corpus colere, animum uero corporis dominum regemq; negligere, præsertim cum magorum, & Platonis sententia sit, corpus totum ab animo ita pendere, ut nisi animus bene ualere non posit, Quapropter medicinæ author Apollo non Hippocratem, quamuis ex sua stirpe genitum, sed Socratem sapientissimum iudicauit, Quippe cum quantum Hippocrates corpori, tantum Socrates animo sanãdo studuerit, quanquam quod tentauerant illi, solus Christus effecit, proinde sementem nostram optimis colere moribus à Socrate idcirco iubemur, ut lucem ueritatemq; à nobis naturæ instinctu quæsitã serena mente facilius assequamur, quan to magis ueritatem ipsam diuinam inprimis religione sancta fas est uenerari: ad quam quærendam capiendamq; nõ aliter creata mens est, quàm oculus ad lumen solis perspiciendum. Atq; ut Plato noster inquit. Quemadmodũ uisus nihil usque uisibile perspicit, nisi in ipso summi uisibilis, id est solis ipsius splendore,

Corpus animi seruum.

Apollo autor medicinæ.

Socrates cur medicus.

dore, ita neque intellectus humanus intelligibile quicquam apprehendit nisi in ipso intelligibilis summi, hoc est Dei
Ioan. 1. lumine nobis semper & ubique præsente. In lumine inquam quod illuminat omnem hominemue mentem in hunc mundum. In lumine de quo canit Dauid. In lumine tuo uidebimus lumen: Profectò quemadmodum purgatis oculis, inq; lumen aspicientibus subito splendor eius infunditur coloribus figurisq; totũ abunde refulgens ita cum primum ab omnibus corporis perturbationibus per moralem disciplinam purgata mens est, atque in diuinam ueritatem id est Deum ipsum religioso quodam flagrantissimoq; amore directa, subito, ut diuinus inquit Plato, diuina menti ueritas influit, rationesq; rerum ueras, quæ in ipsa continentur, quibus ne omnia constant, feliciter explicat, quantaq; mentem circumfundit lumine tanto simul & uoluntatem gaudio perfundit.

SCHOLIA.

Varro de seruitute corporis. *Solum animi seruum id est corpus.)* *Varro corpus hominis adeo seruum animi arbitratus est, ut adda*

bitari

bitarit an hominis appellatio tantum animum concerneret cui foret ut equiti equus, an solum corpus quod se ad animum haberet tanquam poculum ad potum. Qui tamen post multa statuit, ut id homo diceretur quod ex utroque consurgit, Planudes corpus animi se pulchrum dixit.

Homo quid. Corpus animi sepulchrum.

Ex sua stirpe genitum.) Sotamus Hippocratem Coum ab Apolline, Hercule, & Aesculapio originem duxisse refert.

Hipppcrates ex quib. natus.

Socratem sapientiss. (Apollo à quodam interrogatus est quid de Socrate sentiret. Cum is respondisset Socratem omnium esse sapientissimum, multi in hunc sunt inuidia moti & tandem ab Auito diuite, Melissa poeta, & Lycone oratore accusatus quasi deorũ esset contemptor & puerorum magna pernicies, propter quod grauiter admodum accusatus se ueneno interemit.

Socratis mors.

Venientem in hunc mundum.) Ioannis primo.
De quo canit Dauid.) Psalmo 35.

FINIS.

INDEX IN MARSILIVM FICINVM BREVIS ADMODVM rerum & uerborum quæ in toto hoc uolumine continentur.

g Ciban-

INDEX.

INDEX.

Thalia

FINIS.

IN C. PLINII NATVRALIS HISTORIAE SEPTIMVM LIBRVM, QVEM DE HOMINE, & rebus ab eo inuentis, deq; miris gentium figuris conscripsit, ad notata, nuper non citra puluerem per Georgium Pictorium Villinganum Doctorem medicum congesta, & nunc primùm in lucem edita.

BASILEAE,
PER SIXTVM HENRICPETRI.

153

PRÆCELLENTI VIRO DOMINO CAROLO GEBVVILERO PRÆPOSITO Lutenbacensi dignissimo, Georgius Pictorius Villinganus Doctor medicus & Ensishemij archiducalis curiæ archiater.

S. D.

EGE apud Persas cautum est, (Reuerende domine Præposite) ut quandocunque quis sibi mancipatum dominorum aliquem reddere uoluisset, munere aliquo salutatum hunc adiret. Vt si agriculturæ deditus, frumenta portaret, Si uineis plantandis incûberet, uel uuas suffocatas, uel Mamertinum uinum. Complures altilium quicquam. Quam legem infringere mei instituti

a 2 non

non est, Iure curiose seruandam statui. Ac cum te mihi in familiaritatem, seu ut uerius loquar, amicitiã trahere præsumpserim, inops omnium præfatarũ rerum, opulentiarumq;. Munus hoc carthaceum, licet exiguum, tibi offero, do & dedico, meos quippe in septimũ Plinij librum breuissimas lucubrationes, minime sollicitus, præcelsi ac prorsum regij animi esse te cogitare, munuscula uel ab infimæ fortunæ hominibus collata non aspernari. Nouimus equiquidem in istis meis laboribus nõ ubique omnibus satis fecisse, sed ex delibe rato, ut alijs completionis ansam præberemus. Accipe igitur qualia sunt, pro humanitate qua præditus es æquo animo, ampliora fortasis in posterum dabimus. Datum Ensishemij à Christo nato sesquimillesimo sexagesimonono die Februarij 29.

INDEX IN C. PLINIUM.

A

a 3 Hercules

Per

INDEX.

FINIS.

IN C. PLINII NATVRALIS HISTRIAE SEPTIMVM LIBRVM ADNOtata quædam, non citra puluerem nunc recens in lucem, per Georgium Pictorium Doctorem Medicum, publicata.

IN PROOEMIVM.

T non sit satis æstimare, an natura melior parens homini fuerit, an tristior nouerca.) Quemadmodum hoc loco Plinius naturam dubitanter ceu nouercam conuitijs proscindit, sic & Lucretius in quinto suorum librorum agit, & Plutarchus quoque, sed argumento adoxo Gryllum aduersus Vlyssem bruta hominibus potiora facientem, inducens, quam autem diuinorum munerum hi æstimatores æqui fuerint, etiam magnam sapientiam professi, Plato philosophorum omnium scientissimus lucidè commonstrat, quando gratias agit naturæ, quòd se hominem rationis capacem, non bestiam eiusdem exsortem, crearit. Innuens contra præfatos, hominem rem esse, quam natura cæteris intentius, curiosiusq; ample-

Plutarchus in naturam

Plato pro natura.

Homo perfectior quauis natura.

xa sit, ut quæ perfectior & absolutior quauis creatura iudicetur, quæ cœli ambitu continetur. Et adeo ut etiam alij non defuerint qui cœlo hominem præstantiorem dixerint. Nemo inficias it, ea quæ à Plinio sunt enumerata incommoda homini incumbere, contrà autem homini prudentia inest, inest ratio, & diuinior mens, quibus brutis statim ab ortu uestitis, dominatur. Nam in eiusdem cedit emolumenta ceruorum agilitas, canum sagacitas, piscium natando celeritas, taurorum impetus, aquilæ uisus percelebris, leporumq; pernicitas.

Lactantius & Galenus contra Plinium.

Huic Plinij loco planè aduersatur Lactantius Firmianus in libro de Opificio Dei primo capite tertio. Et Galenus medicorum alpha libro de usu partium corporis humani, fermè in primo libri ingressu. Crispus Salustius in proœmio belli Iugurthini.

Seneca contra naturæ calum.

Taceam Senecam, qui tales naturæ calumniatores non solum ingratos nominat, sed etiam insanos. Quæ de hominis præstantia Cordubensis princeps Auicenna habet & huc adponere libet, habet enim prima tertij doctrina

Ritus de pueris recèter natis.

tertia, corporis humani constitutionem temperatiorē esse, quàm uel sit usquam, uel poßit esse omnino, addita etiamnum uirtutum diſpoſitione congrua quibus agat patiaturq;.

Et in nuda humo natali die abijcit.) Hic ritum antiquitus obseruatum tangit Plinius, quem talem fuisse Macrobius primo sympoſiacorum scribit, Vt infantes iam primum enatos terram attingere curarent. Opem ue deam, ut nascentibus opem ferret, sinu eos excipi-

eus

ent inuocarent, quos, siquidem non uocem prius dare putabant quàm terram attigissent. Simile diuus Augustinus habet de Leuana dea quam pueris de terra leuandis præfuisse scribit ciuitatis diuinæ quarto libro.

Leuana dea

At Hercule risus præcox) Plinij tempore uiris iurare per Herculem & fœminis per Castorem utrisque per Pollucem populare fuit uelut A. Gellius noct. Atticarum undecimo libro abunde scribit 6. cap.

Per Herculē uiri per Castorem fœmin.

Ad uagitus statim.) De iam primùm enatis C. Iulius Solinus, quem Seruius Plinij simiam uocat, in polyhistore tertio capite eadem cecinit, per hæc uerba. Nascentium, inquit, prima uox est uagitus. Lætitiæ enim sensus in quadragesimum differtur diem. Cur autem statim uagitus edat, qui uelit, Alex. Aphrodisæum legat problem. 64.

Solinus Plinij simia.

Risus infantis quando.

Risus ante quadragesimum.) Hic sibi diuersus est Plinius. Nam uelut auum suum Crassum nunquam risisse Solinus scribit & inde Agelastum fuisse dictum, sic hoc septimo libro decimo sexto capite zoroastem eodem die risisse scribit, quo genitus fuerat.

Plinius sibi diuersus.

Agelastus Crassus.

Zoroastes in die primo risit.

Vnam tantum ob culpam.) Nostrates theologi in originale peccatum id totum reijciunt, quemadmodum affabre legitur apud diuum Augustinum, quarto libro contra Iulianum, & libro secundo capite quarto ciuitatis Dei, apud Lactantium libro de Opificio Dei cap. 3.

Quando homini uox.) Quando homini uox emergat, Macrobius in somnia Scipionis ostendit; in-

Quando homini uox emergat.

Post septem menses inci piūt dētire. quit enim capite sexto. Post septem menses incipiūt infantes ex mandibulis dentire, post bis septem, sedent sine casus timore, post ter septem sonus eis in uerba prorumpit, & post quater septem, non solum stāt firmiter, sed perfecte incedūt, De hac re multa Aristo. problematum Sectione decima.

Iam morbi tot.) Quot morborum, tot emersæ sunt myriades homini ultores. Naturam'redarguendam minime censemus. Scribit enim A. Gellius sexto noct. Atticarum capite, primi libri, eiusdem non fuisse principale intentum aut consilium, ut sic hominem mollem faceret, quòd facile à quauis re læderetur, & singulis fortunæ ictibus morbos inducendo esset obiectus, Sed quia operis subtilissimi postularit utilitas, caput & totum corpus ex tenuissimis ossiculis compinxerit, quæ per accidens faciant, ut tota strues extrinsecis noxis et offensionibus facile noxam percipiat. Haud aliter, dicens, ac cytharæ instrumento musico eueniat, quæ, licet subtilissimum & optimè sonans artificis sit opus, tamen quia ex multis ob necessitatem tabulis & diuersis constet fidibus, ob leuem quamuis occasionem infringitur aut contaminatur, nullam uim resistendi obtinens.

Propter morbos natura non redarguenda.

Theologi dissolutam per primos parentes in protoplasten obedientiam morborum causam afferunt, dum in prima hominis plasmatione humores, corporis materiam, æquales fuisse & concordes scribunt, qui fracto plastis edicto, inæquales, & discordes euaserint, ut corpus non solum morbosum fieret, sed mortale quoque

Primorum parentū inobedientia.

te quoque. De morborum origine Hieronymus Magus quoque disputat, in libro primo de exustione mundi capite sexto. Poetæ Promotheo & fratri suo Epimetheo hanc notam imprimunt, adducentes Pandoræ vascum seu pixidem, potissimum Hesiodus.

Hieronymus Magus morborum causas ostendit

Tot medicinæ excogitatæ.) Non solum per homines, sed Deos quoq;, & diuersa animalia, uelut Plinius libro 8. cap. 27. ostendit

Itaque multi extitere qui non nasci.) Epicurei existimauerunt homini duo optima fore. Primum non nasci, secundum ocissimè natum mori. Istorum Tullius in primo Tusculanarum quæstionum in fine meminit. De Syleno fabulam quandam adducens, quem à Myda rege captum hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribit, eumq; docuisse: Non nasci homini optimum, Proximum autem, natum quàm primùm mori. In eandem sententiam Euripides scribit, quæ Erasmus sic uertit:

Homini duo optima

De Syleno & Myda fabula.

Euripides.

Non nasci omnino, quàm primum mortalibus, atq;
Haud unquam solis cernere triste iubar.
Verùm ubi sis natus quàm primum uisere manes.

In hac opinione & Thraces fuisse dicuntur, quibus mos erat in lucem editos, lachrymis, gemitibusq; prosequi, mortuos conuiuijs & tripudijs. Trausos gentem Thracibus finitimam, Herodotus quinto siue historiæ libro, eundem obseruasse ritum docet, dum ædito infante, propinqui circumsidentes cum ploratu commemorent calumnitatum illi perferendum sit uitam ingresso.

Thracum mos.

Trausorum ritus.

gresso Contra defunctum hominem cum lusu, letitiaq; efferentes, non sine cõmemoratione quàm multis malis ac miserijs subductus sit morte.

Homo recẽter natus tabula.

Hominem scire nihil, sine doct.) Hominem recenter natum tabulam quidam dixerũt philosophi in qua nihil uel pictum, uel scriptum sit. Lucretius in quinto suorum poematum, hominis iam primum æditi pulchrè ignorantiam edocet. Et diuus Augustinus uigesimoprimo, ciuitatis Dei capite 14.

Vni sepulturæ cura atque etiam post se defuturo.) Arguit Iuuenalis eos qui sepulturis & eorundem titulis, cito interituris, gaudent, decima satyra, Textus habet post se de futuro. Vbi defuturæ id est interituræ sepulturæ legendum censemus sepulturæ.

Pulchra hæc Plinij imitatio.

Cæteræ animantia in suo genere probe degunt.) Hunc Plinij locum eleganter Iuuenalis Satyra decima quinta imitatur, sic quidem:

Sed iam serpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis, similis fera, quando leoni
Fortior eripuit uitam leo? quo nemore unquam
Exspirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tygris agit rabida cum tygride pacem
Perpetuam, sæuis inter se conuenit ursis
Ast homini ferrum letale incude nephanda
Produxisse parum est. ——

Et Flaccus 7. ode Epodon.

Necq; hic lupis mos, nec feris leonibus
Vnquam nisi in dispar feris.

Homini

Homini plurima ex homine mala.) Plinio subscribit Seneca decimoseptimo epistolarum libro, epistola 103. *Ab homine dicens homini quotidianum periculum, & tempestas minatur antequam surgat, crepant ædificia antequam corruant, prænunciat fumus incendium. Sed subita est ex homine pernicies, & eo diligentius tegitur quo propius accidit*, Plautus in Asinaria hominem homini lupum esse dixit.

Homo ab homine læditur.

IN CAPUT PRImum adnotata.

Magna ex parte in relatione gentium diximus.) In Prologo huius septimi libri Plinius ea scribendo attigit quæ hominis recenter nati miserias concernunt. Ast hoc primo capite non uniuersim hominum genus attentat, sicut in gentium relatione fecit, secundo libro, sed uix quædam credenda, quibus suam fidem obstringere etiam ipse non pollicetur, tractat, potissimum à mari degentium.

Longius à mari degentium.) Hanc ob causam docet Plato in legibus ciuitates longè à mari constituendas. Velut Eusebius idem facit quando per decem millia passuum eas distare à mari censet, ut uidelicet portuosæ sint optimè, nec utilitate nec iocunditate maris omnino priuari queant, atque sic moribus alienis nec repleantur, nec aliorum nequitiam facile accептent. Eusebius de præpar. Euang. lib, 12 cap. 27.

A' mari ciuitates constituendæ.

Primo fuit unica linguæ.

Tot hominum sermones & linguæ.) Ab initio hominum unicus fuit sermo, aut lingua una, quæ tamen ob fastum ac superbiam in varias est mutata, sicut clarè id Moses, propheta Deo plenus, Geneseos 11. capite ostendit, & Iosephus capite nono primi libri suarum antiquitatum, Et diuus Augustinus decimosexto libro de ciuitat Dei 4. cap.

In caput II. Adnotata.

In hoc secundo capite describit Plinius multa quæ homini accidunt, uel per rerum architectricem naturam, uel per locorum qualitates aut cœli influxus.

Quæ corporibus humanis uescuntur.) De antropophagis & alijs carne humana uescentibus populis Solinus multa scribit in Polyhistore suo, cap 24.

Indicauimus.) Libro quippe 6. cap 17.

Parnassus orbis medium.

Ni cogitemus in medio orbe terrarum.) Strabo Geographiæ libro 9 Parnassum montem orbis medium esse scribit, in cuius situ homines crudelitate ferocientes fuerunt falsa religione illaqueati, dijs suis homines immolantes, id Lactantius tangit primo de falsa religione libro.

De Cyclopibus autores dissonant.

Huius monstri cyclopas.) Posset hic admirari quispiam grauissimorum autorum de Cyclopibus tam claram dissonantiam, Thucidides enim in septimo historiarum Cyclopes fabulosos fuisse scribit. Et hoc loco Plinius pro uera historia eos recitat. Eorum meminit

nit Homerus 9. Odyssee, & Vergilius tertio Aeneid. ferme ad finem.

Sed maxime illustres.) Herodotus in Thalia, hoc est tertio libro suarum historiarum, Aristeam ad manus non habemus.

Auersis post crura plantis.) De istis & iam praefatis multa A. Gellius habet libro 9. cap. 4. & Herodotus; qui tertio libro de Arimaspis scripta, fabulosa opinatur.

Pro mantelibus.) Hermolaus Barbarus mantilibus legendum censet, Licet mantilium etiam linteolũ significet manibus tergendis aptum. Mantilium quid

Quos ophiogenes uocat.) Crates Ophiogenes Hellesponti gentem uocat, quasi ex serpentibus enatos, qui bus similis Africae populus psillorum est, uelut id A. Gellius docet decimosexto libro 11. capite ex Herodoto, & Plinius 28. cap. 3. Ophiogenes.

A Marso Circes filio.) A Marso Circes & Vlyssis filio, Solinus à Marsia ab Apolline superbiente interempto, de hoc Strabo libro 5. Marsus Vlyssis filius.

Androginos utriusque naturae.) Hos item Hermophroditas nominamus, Tullius diuinationum Androginum fatale monstrum nominat. Androgini qui.

Aristoteles adijcit.) Aristoteles de generatione animalium libro 14. cap. 4.

Qui noctu plusquam interdiu cernant.) Quod propter spiritus uisibilis tenuitatem qui interdiu modicum concrescat, contingit. Quam rem pulchrè dispu- Cur quis noctu uideat.

tat Aphrodiſeus problemate 20. De his item Plinius libro 11. cap 37.

Cicero apud nos autor eſt.) Cicero ſecundo libro de natura Deorum.

Haud procul à Roma in Phaliſcorum agro.) Illa omnia Plinij uerba apud Solinum in Polyhiſtore ſcripta ſunt capite quidem nono.

Sicut Pyrrho regi.) Ea quæ hic Plinius ſcribit de Pyrrho nec uerbis mutatis Plutarchus habet in uita Pyrrhi.

Locatū naturam loci refert.

India Aethiopumq; tractus) Locata inquit Ariſtoteles in Phyſicis conditiones imitantur ſuorum locorum. Nam in locis melioris influentiæ etiam omnia meliora proueniunt. Illis Plinij uerbis Diodorus tertio libro ſubſcribit & Strabo libro undecimo, Solinus capite 60.

Caninis capitibus.) Ea omnia fermè Solinus 60. capite recenſet.

Monoſceli.

Hominum genus qui monoſceli.) Monoſceli id eſt unicrures.

Sciopodæ.

Eoſdem Sciopodas uocari.) id eſt ſcia uel pede ſe tegentes.

Acephali.

Quoſdam ſine ceruice. Hos acephales nominamus.

Narium loco foramina.) De his etiam Solinus capite decimoſexto. Strabo libro decimoquinto: Herod. libro 4.

Anguium modo loripedem.) id eſt anguium modo ſer-

lo serpentem. Vide Plinium libro 5. capite 8.

Pygmei narrantur.) Pigmei nomen habent uel à pugna cum gruibus, uel à cubiti seu palmæ mensura. Ea quæ hoc loco Plinius recitat, & Solinus habet memorabilium suorum capite sexagesimoquinto. Aristoteles de natura animalium capite 128. Lucanus circa finem quinti libri, Statius circa principium tertij Thebaidis, Albertus uigesimoprimo libro confundit, dicens Pygmeos non esse homines, & Strabo item decimoquinto libro, omnia de Pygmeis fabulosa dicit. Sed quam rectè de pygmeis uterq; sentiat, pygmeus ostendit quem illustrißimus archidux Austriæ Ferdinandus inter aulicos suos fouet, qui saltē longitudine tres palmas æquat.

Pygmei unde dicantur

De Pygmeis nihil certi.

Archiducis austriæ Pygmeus.

Aristoteles in cauernis uiuere.) Aristoteles libro octauo cap. 13. histriæ animalium.

Macrobij.) id homines longioris uitæ.

Athon montem incolant.) Atho mons est altißimus Græciæ, Solino scribente cap. 21.

In quibus locis Indiæ umbræ non sunt.) de istis locis Diodorus 3. libro.

Onesicritus.) Onesicritus historiarum scriptor fuit.

Gymnetas appellat.) Hos Strabo Geographiæ 15. libro ab exercitio uel labore dictos scribit. Gymnetæ.

Troglodytas super Aethiopiam.) Troglodytas à specubus quasi inhabitant Aristoteles lib. 8. cap. 12. dictos asserit, quod & Strabo ultimo lib. adprobat. Troglodytæ.

In caput III. adnotata.

Vnico partu uigintiquatuor infantes.

Ter geminos nasci certum est.) Hoc loco Plinius Aristotelem imitatur paucis quidem uerbis alteratis, Sic enim philosophus habet libro septimo capite quarto animalium. Et quædam uigintiquatuor unico partu edidit, maiorq; eorum pars enutriri & adolescere potuit. Est huc legendus A. Gellius lib. 10 cap. 2. Et Solinus cap. 2. & 3.

Horatioru͂, Curtianorumq;.) De his & Lucius Florus 1. historiarum, & Valerius lib. 6. cap 3.

Nilus fœcu͂dus.

Fœtifer Nilus) Vt Nilum fœcundissimum fluuium Aegypti omnium, rerum autores testantur, sic quoq; Solinus secundo capite polyhistoris partium fœtiferu͂ etiam scribit.

Ostiæ.) aduerbialiter locum aut ciuitatem quandam significat.

Mirabiles fama posuit effigies.) Ibi pro fama, forma legendum censemus.

Et in Aegypto.) Sunt hæc quæ Plinius in hoc capite de numerosis partubus miracula scribit satis magna. Sed nos maiora ex alijs autoribus in secundo nostrarum succisiuarum lectionum libro citauimus. Ibiq; causas quoque, adeo monstrosorum partium ostendimus. Scripsimus enim præcitato loco ex Alberto in Germania fœmellam quandam unico partu configuratis iam in utero duorum & uiginti infantum corpusculis aborsum fecisse. Item ex eodem Alberto aliam an

ricularis

ricularis digiti magnitudine centum & quinquaginta infantulos, quibus uitæ signa comparuerint dedisse simul. Vt sileam quæ Baptista Campifulgosus historiarum primo libro recitat, sexto capite de miraculis, ubi Margaritam quandam Hollandiæ comitem anno millesimo tricentesimo decimoquarto trecentos ac sexaginta quinq; infantulos, qui omnes Baptismi characterem acceperint, unico partu dedisse scribit. Nota miraculum magnum.

Hermophroditos uocamus.) De Hermophroditis antea scriptum est, sed apud Angelum Politianum in Græcis epigrammatis pulchra, quæ Pulex scripsit & idem Politianus uertit, inuenies, Carmen incipit Cum mea me genitrix.

Allatum illi ex Aegypto in melle uidimus.) Quæ diutius seruare studemus melle condimus. Nam à putredine quicquid fuerit tutissimè sua uiscositate conseruat. Hinc quoque ueteres mortuorum corpora quæ illæsa seruasse per annos uolebant item melle illita sarcophagis dedisse facile constat, Id quod Papinius de Alexandro mortuo his uersibus tertio libro ostendit Mortuorũ corpora melle illæsa seruantur.

Duxit ad Aematheos manes ubi belliger urbis
Conditor, Hyblæo perfusus nectare durat.

Eadem Plinius habet libro uigesimosecundo, capite uigesimoquarto. Athenæus quoque uiuos putrefactionis, quæ morborum est minera, mellis usu esse exortes testatur, quando Cyrneos qui Corsicam inhabitant idèo Macrobios seu Polychronios, hoc est longæuos, esse dicit, Quia mellis cibo qui frequens apud eos est u- Cyrnei qui Macrobij id est Polychronij.

tuntur

tuntur aßiduè. Quidam mellis usu Democritum, quem melle oblectatum legimus, sola mellis anaphora id est euaporatione in annum centesimum nonum fati sui distulisse pensum narrant, Pythagoræ mensam pane & melle constitisse & in nonagesimum annum Heraclyde Serapionis filio scribente, durasse constat. De mellis ad conditurас præstantia Columella & Cicero Tusculanarum quæstionum.

Democritus in centesimum nonum annũ. Pythagoræ ætas.

In caput IIII. adnotata.

Ex foeminis mutari in mares.) Non est fabulosum, uelut Nasoni placet tertio libro transfor. quando de Tyresia scribit. De qua re Angelus Politianus legendus, miscellaneaorum centur. prima capite 80. & Propertius libro 11.

Caßini factum puerum ex uirgine.) In eadem quasi uerba A. Gellius scribit lib. 9. cap. 4.

Virilitatem prouenisse.) id est uirilia membra.

Ipse in Africa.) Hæc omnia ex Aristotele mutuata sunt cap. 4. libro primo animalium.

Sæpius uerò moueri mares.) Ysthæc Hippocratica sunt ex quinta separatorum sermonum particula, sermone 49. Quæ item habentur apud Auicennam 21. tertij tract. 1. cap. de signis masculi.

In caput V. adnotata.

Translatitium.

Translatitium est.) id est indifferens.

Et in Italia tales partus esse uitales.) Partus octaui mensis non uitales esse omnium fermè autorum consensu proclamatum est, eúmque rationem philosophorum habent placita, quòd infantulis dum in utero sunt planetas nouerimus præfici. Vbi eo mense natis Saturnum qui frigidus & siccus sit episcopum arbitrantur, cuius utramque qualitatem ferre nequeant, quia uitæ sunt contrariæ. Medicis tamen super hac re alius est sensus, elisa ratione astronomica, dicentes Embrionem sæpe mense septimo ab uteri conceptaculis egressum affectare, ac in id colluctari plurimum, uerum conatu excidere, atque interim fatigatum effici imbecilliorem, ac uiribus non dum refectis octauo rursum eundem petere conatum, & oblæsum exire, & inter mori. Multa huius farinæ tractat Hippocrates in libro suo de partu octimestri. Sed Auicenna ea non perpetuæ esse ueritatis asserit, in Hispaniæ enim partibus pregnantes edere dicit partus uitales. Et Aristoteles similiter in Aegypto. Et Agrippa in Naxo insula, quòd eam Dionysio sacram dixerint, qui eo mense natus est. De his multa scripsimus in primo nostrorum sermonum conuiualium.

Partus octaui mensis cur non uitalis.

In Hispania partus octimest. superstites.

Item in Aegypto & Naxo.

Suillum rursum undecimo.) Decemuiris Romæ decretum fuit, nullam mulierem post decimum posse uterum gerere, propter quod Iustinianus imperator, contra mulieris cuiusdam pronunciauit petitionẽ quæ undecimo mense partum dederat, petierat enim filio tanquam

Iustinian. pronunciatum.

tanquam legitimo hæreditatem. Qui & lege sanxit, ut quæ post hac mulieres hoc tempore se peperisse iactitarent ueteris legis subirent pœnas, Hippocrates, ut solet, quam eleganter de hac re mentionem habet in libro De natura fœtus, per similitudinem quandam probans fœminis hunc mensem undecimum inhabilem pariendi, dicens honestissimas matronas sæpe numero se impregnatas arbitrari cùm minimè sint Hac similitudine earum infringens opinionem: Quemadmodũ enim gallinam ouo insidere uideamus dicens, & ouum calefieri, spiritum concipere, & ob suam raritatem aere quandoque refrigerari, ex oui luteo pullum creari, & in membra informari, candido siue albo nutricari, & uicesimo die, ob defectum nutrimenti, uehementer agitari, membranasq; infringere, & matris adminiculo quæ testam disrumpat, prodire, Sic in locellis matris, infantis membra informari cernamus quoque inquit, crescere, & tam diu latitare donec mater amplius non satis nutrire ualeat, ubi tunc plus nutrimenti queritans quàm adsit, ultra non quiescat, uinculisq; solutus foras progrediatur, pro quibus omnibus decem menses satis esse testatur. Diuus Adrianus imperator, qui Iustinianum præcessit, ductu cum Græcorum philosophorum & medicorum Aristotelis & Dioclis, tũ Latinorum, ut M. Varronis, in undecimum mensem usque gestari posse, contra decem uiros & Iustinianum & Hippocratem concessit infantes. In nostro tertio conuiuiorum libro multis expedi-

Hippocrat. de undecimo mense.

Pulchra similitudo.

Quomodo infans in locellis.

Adrianus undecimũ mensem approbauit.

[illegible]

nimus ea quæ apud A. Gellium noct. Atticarum libro 3, capite decimosexto quoque leguntur, & apud Censorinum cap. 7. Albertus mense decimoquarto puerum quendam natum dicit, libro nono animalium, cap. 4. Ioannes Math. de Gradi super nonum Rhasis ad Almansorem in capite De mola nihil quod ad hanc rem pertinet omittit.

In caput VI. adnotata.

Redundantia stomachi) id est nausea.

Melior color ferenti marem) Sic habet Solinus 5 capite, si corpusculum in marem formatur melior est color grauidis, & pronior partitudo: si in fœminam uultum pallore inficit, & crura languida tarditate fiunt. Signa masculini fœtus.

Germinante.) emittente.

Si respirauere difficilius enitantur.) Id sic interpretatur Solinus: cum prope ad uterum liberandum, id est euacuandum uenerint momenta maturitatis, enitenti spiritum retinere plurimum congruit, & oscitatio letali mora suspenditur puerpera. Huius sexti capitis sufficiens est interpres Solinus capite præfato. Et nos plus minus triginta ueræ impregnationis ostendimus signa in libello nostro germanico quem Gyneconitim inscripsimus. Additis etiam signis sexus differentiam ostendentib. & sumptis partim ex Hippoc lib de mulierum supputatione, & partim ex lib. de mulierũ morbis. Signa impregnationis.

Infantis motus nonogesimo die.

Primus autem nonogesimo die motus.) De primo embrionis motu abundè satis Hippocrates Cous scribit, libro de nutricatu seu alimentis, si Hippocratis est, Galenus Thessali opinatur, seu Herophili.

In caput VII.

Homo superbiß. animal.

Quàm sit friuola animalium superbißimi origo.) Hominis intelligit Et rectè superbißimi dixit. Quid enim superbia stimulati non molimur? quos conatus non attentamus? quas turbas omittimus? quo elationis genere ambitionis causa non utimur, iactamus formam, uires, opes, honores & nostri generis decorem.

Superbia ad omnia mala stimulat.

Vbi meminisse satius fuerat quantis sordibus concepti fuerimus, quantis doloribus in lucem editi, quàm nullis uelati tegumentis iam matris uterum egreßi, quot undique morbis terreum humani corporis flasculum, quot casibus, & quibus erumnis expositum, quàm nihili re hoc succumbat, utpote lucernarum extinctarum suffitum, uuæ acino, uel lactis haustu uberiore.

Anacreon acino uuæ suffocatus.

Fabius senator pilo strāgulatus

Aeschilus cocleæ casu perijt.

Legimus enim in historijs Anacreonta uuæ granulo suffocatum, Fabium senatorem pilo in lactis haustu strangulatum, & alium stiria gelu durata de tecto lapsa subito fati pensum soluisse, Aeschilum item poetam testudinis casu super caput exspirasse. Vnde Menandrum apud Plutarchum in libello consolatorio ad Appollonium rectè dixisse attestemur, quando inquit:

Caput

Caput atque summa orationis hæc, homo est
Quo non aliud est animal usque, quod modò
Surgat, modo cadat, citius atque crebrius
Ac iure sanè, quippe debilissimum
Cum sit.

Aeschilus apud Stobeum umbræ fumi similem facit hominis uitam, & Sophocles uel aliud ac umbram atque flatus hominem dixit. Si inquam illa diligentius meminerimus citra dubium, pauonis instar, qui pedes inspexit, cristas submittemus. Homo fumus.

In caput VIII.

In pedes procedere contra naturam est.) & ea stã stat A Gellius noct. Attic. lib 16. cap 16.

Vt ægrè partos.) sic exeuntibus infantulis ægrius, periculo incumbente, enituntur mulieres.

In hunc modum genitis.) Hic fermè solus Agrippa in hunc modum genitus superuixit, quum plerunque Solino teste, omnes raptim moriantur. Agrippa.

Quanquam is quoque aduersa pedum) Licet datum illi fuerit Agrippæ sic genito superuixisse, tamen è pedibus ægerrimè inter arma laborauit.

Infelici terræ stirpi omni per utrasque.) M Agrippa ex Iulia sua uxore Cæsaris Augusti filia tres habuit filios Caium, Luciũ, & Agrippã, atq; duas filias Iuliã & Agrippinã, Iuliã uxorẽ & Iuliã filiã omnib certè probris cõtaminatas relegauit in exiliũ, Caiũ et Luciũ M. Agrippæ tres filiæ.

in decẽ & octo mensium spacio amisit ambas, Caio in Lycia & Lutio in Asilia defunctis, & cum Agrippę ingenium adeo sordidum & ferox habebat à Cesare abdicatus est, sepositusq; Surrentum, quæ omnia Suetonius & alia huc pertinentia scribit.

Claudius Nero fax.

Totidem faces.) Claudium Neronem, quem hoc loco facem nominat generis humani, Suetonius à pietate imperij exordia fecisse scribit, sed denuo in prærabidam feritatem & seuiciem incomparabilem sicuenisse idem docet, ut uice prouerbij in eos dicatur qui se à principio mites quidem & præter modum tractabiles ostendunt, postmodum uerò in barbaram crudelitatem labuntur. Quia Neronis utantur quinquennio. De hac re Cœlius libro 6. cap. 34.

Per utrasque Agripinas maximè.) Vxorem & filiam, Huc uidendus est Eusebius in historia temporũ, Macrobius 2. saturnaliarum, Solinus 3. capite polyhistoris, & idem Plinius 45. capite.

In caput IX. Adnotata.

Enecta pa rẽte Scipio Afri natus. Cæsar unde

Auspicatius enecta parente.) Hoc natiuitatis genus ueteribus auspicatum putabatur. Sic natum Scipionem Africanum historiæ habent, qui propterea primus omnium Cæsar appellatus est, & non ut Pompeius arbitratur, quòd cum Cæsarie, quod comam significat, fuerit, necq; ab eo quòd in Africa occiderit Elephantem, sicut Seruius scribit, dum Cæsus Assyriorum

rum lingua elephantem sonat.

Simili modo natus est Manlius.) Liuij adbreuiator libro quinquagesimoprimo non Manlius habet. Sed Mantinus, pro hoc nono capite legendus est Orosius, quarto capite lib. uigesimosecundo. Vbi tales partus datos esse testatur in lucem in tertio bello punico, anno sexcentesimo secundo ab urbe condita.

In caput X.

Vopiscos appellabant.) Huius capitis de Vopiscis quædam habentur apud Aristotelem decima sectione & libro nono animalium. Vopisci.

In caput XI.

Præter mulierem pauca animalia.) Causam reddit Aristoteles libro quarto capite septimo De generat. animalium, & problemate quadragesimoseptimo sect. decima, & Petrus de Ebano in commentarijs super iam citatum problema. Ab istis tamen Galenus aliam causam recenset, magnitudinem quippe delectationis coitus ante impregnationem.

Pauca animalia.) Velut equa est quam Aristoteles post imprægnationem, coitus ualde cupidam scribit. Et ideo, quia animal sit uorax unde spermatis magna redundantia increscat. In reliquis uerò post imprægnationem Albertus in historia animalium clau- Equa post imprægnationem coitus auida.

sos dicit locellos, unde appetitus defluat.

Extat in monumentis medicorum.) *Maximè Hippocratis qui singularem librum de super fœtatione conscripsit.*

Alterum marito similem.) *Alterum marito similem Iphiclum Amphitrioni, alterum adultero, id est Herculem, Ioui.*

Iphiclus Amphitrionis filius.

Item Procunesia ancilla.) *Procunesia ex duplici adulterio gemminos edidit, utrumque patri similem. Hæc Solinus memorabilium 3. cap.*

Truncos gigni.) *Truncos id est mancos, Valerius Max. Ex speciosis deformes habet, ex robustis inualidos lib. 9. cap. 25.*

In caput XII. adnotata.

In Lepidorum gente.) *Gente id est familia.*

Similudinis quatuor causæ.

Similitudinum in mente reputatio.) *Naturales quatuor asserunt similitudinis causas, Quarum prima est sanguinis cognatio, secunda sors fortuita. Tertia parentum in conceptionis hora cogitatio, & quarta syderum influentia. De his autem abundè satis Aristoteles scribit libro 7. de historia animal. cap. 6. & 3. lib. cap. 4. de generat. animalium.*

E plebe nomioc Artemon.) *Valerius non Artemon habet sed Artomon, non è plebe sed regia stirpe.*

Necato Antiocho.) *De morte Antiochi naria ab autoribus narrantur, maximè apud Iustinum libro 38. ad finem*

ad finem, & Plinium de uiris illustribus & Val. Max. lib. 9. cap. ultimo.

Magno Pompeio Vibius.) *Magno Pompeio Vibius ingenuæ stirpis, & Publicius libertinus ita similes fuerunt ut permutato statu & Pompeius in illis & illi in Pompeio salutari possent Val. Max. lib. 9. cap. 6.*

Patri quoque eius.) *Eius Pompeij, Messalam intelligens.*

Mango.) *id est uenditor, Seruius rectè Solinum Plinij simiam uocat, hoc est Plinij imitatorem, quoniam hæc fermè omnia paucis immutatis uerbis in Polyhistoris sui tertio capite recitat.* Mãgo qui. Solinus Plinij simia.

Super omnem taxationem.) *Quod Plinius super omnem taxationem dicit, hoc alij super omnem trim efferunt.* Super omnem taxationem.

In caput XIII. adnotata.

Dissotiatio corporis inter se sterilis.) *Inter agens & patiens æqualis debet esse proportio aut nihil agitur quod proueniat.* Sit inter agens & patiens proportio.

Graccorum mater.) *Plinio subscribit Plutarchus in uita Graccorum, & Seneca in libro de consolatione ad Martiam cap. 16.*

D. Augustus) *pro hac historia M. Sillani Augusti nepotis uidēdus est Corn. Tacitus in principio 13. libri.*

Quintus Metellus Macedonicus:) *Ea uerissimè apud Valerium Max habētur libro 7 cap. 1. de pietate, & paucula apud Plinium lib, 7, cap. 44.*

In caput XIIII.

Mulier post quinquagesimum annum.) Omnes in hoc sunt medici, & maximè Galenus libro secundo de febribus ad Glauconem, etiam mulieres post terminũ hic à Plinio signatum posse fertiles esse, cum hoc quòd diurnus euentus Plinio contrariatur. Aliquibus enim germen menstruale diutius inhæret, quod fœcundas reddit, Valesius libro sexto capite duodecimo quandam bonæ habitudinis matronam anno ætatis suæ sexagesimo peperisse scribit, & denuo sexagesimo septimo. Et ego Villingæ anno millesimo quingentesimo uigesimoquarto infantulum ad baptisterium pro baptismatis charactere tuli, qui à matre sexagenaria prodierat, & superstes adhuc uiuit. Variatur hic terminus, secundum uariationes naturalis complexionis, & regiminis ex rerum non naturalium.

Sexagenaria mulier potest parere.

Maßinissa Rex.) Numidiæ regem 86. anno filium generasse Methymatrum, Valerius Plinio consentit, sed eundem Naßicantem nominat quinto libro capite primo.

Maßinissa anno 86. gener.

M. Catonem censorium.) Quæ hoc loco Plinius de Catone scribit, A. Gellius 13. libro quoq; recitat 18. capite, & Plinius de uiris illustr.

In caput XV.

Sola mulier animal menstruale.

Sola mulier animal menstruale.) Verba sunt Democri-

mocriti medici.

Appellarunt molas.) Azaranius à similitudine lapidis molaris molam dictam ait, quòd in mulieris utero huius lapidis instar de latere, si decumbat mulier, in latus decidat. Aristoteles, decimo de animalibus ad finem, hanc dispositionem Molam appellauit, & penultimo de generatione animalium Molaginem, Gordonius in sua practica hanc Pecus nominat. De mola Auicen uigesimiprimi tertij tract. 2. capite octauo. Et Rhases nono continentis capite secundo. Mulieres plerunque molatæ efficiuntur si rem cum uiris multum melancholicis habeant.

Mola unde — Molago. — Pecus. — Mulieres unde molatæ.

Mouetur) Sed non motu ut uerus embrio.

Alias letalis alias senescens.) Gordonius dicit quod mola recenter oborta difficulter curatur, habituata, seu chronica & potißimum animata, seu matricis cotiledonibus alligata, nunquam.

Mola incurabilis.

Et uiris in uentre gignitur.) Scyrron durities quædam est quæ uiris in uentre uel ratione splenis uel ratione hepatis exuberat, præsertim in hydropicis.

Scyrron quid.

Profluuio magis monstrificum) Hoc fermè totũ caput Solinus tertio polyhistoris sui intulit capite, uerbis admodum pauculis mutatis.

Speculorum fulgur hebetatur.) Cur mulieres menstruosæ speculum inficiant. Videndæ sunt Quæstiones meæ physicæ centuria prima quæstione 23. & Austro in libro De somno & Vigilia.

Sed tales non gignunt.) Flos enim uel germen sanguis

guis menstruus est qui fructum maturat.

Quando haec est generando homini materiam.) Auerrous secundo collige de iuuamentis testiculorum, menstrua ad hominis generationem conferre multis argumentis disputat, sed Galenus omnium medicorũ post Hippocratem primus, & princeps Auicenna huius scripta de hac re quàm doctè conuincunt. Galenus secundo de spermate, & libro 14. de utilitat. particul. Auicen. Fen. 1. primi doct. 5.

Ergo cum grauidis fluxit.) sic item Hippocrates scribit separatorum sermonum lib. 5. aph. 62.

In caput XVI.

Septimus mensis dentitionis est.

Primores septimo mense.) Septimum mensem dentitionis terminum Plinius ait, quem terminum medici uariant, dicentes aliquibus, quamuis raro, tertio anno, aliquibus saltem quarto ad perfectum emergere numerum. Causam debilitatem uirtutis eorum scribẽtes, uel impedimentum materiæ nimium fluentis in gingiuas. Ea quoque tangit Plinius libro 11. cap. 37.

Causæ tardioris dentitionis.

Quando dẽtes decidãt.

Septimo anno decidere.) Necq; casum eorum certum offerunt medici. Nam uictus ratio persæpe pueris administratur, quæ Plinij terminum præoccupat, uelut si in frequenti usu, talibus, lac administretur, aut fructuum immaturorum adhibeatur licentia, seu ferro subinde tangantur, & ciborum nimis calefactorum usum frequentent. Taceam quòd rheuma persæpe

in eos

in corà capite defluit, quod pari modo facit ne hoc loco Plinius certa scribat. De his Auicen. septima tertij per totam fen.

Quosdam concreto genitali.) *Concreto id est coadunato & arcto, id etiam Columella de re rustica 2. libro capite 5. ostendit, Foeminas dicens quandoque uice rantur ferro & cicatricibus clauduntur, ne sint genitales id est ne possint generare. Solinus 5. capite nec di uersus est inquit enim si mulieri concretum uirginale fuerit, infausta natiuitas erit.*

Aliqui uice dentium.) *Pirrho Epyrotarum regi unum os tradunt fuisse historiae dentium uice lineis modo in superficie subpictum atque destinctum. Et Herculem triplicem dentium fuisse serie natum, quae legenda habentur apud Rhodoginum antiquarum lectionum lib. 2. cap. 34.*

Pirrhus sine dentibus

Hercules triplici dentium serie.

Dentes autem inuicti sunt ignibus.) *Pati nequeunt etiam si agens fuerit praepotens, quia caeteris ossibus à natura creati sunt duriores conterendum etiam res duras.*

Dentes caeteris ossibus duriores.

Tabe cauantur pituita ue.) *potissimum superiores ad quos rheumata proniora cadunt.*

Candorem trahunt medicamine.) *Trahunt candorem à dentifricijs, Vel ex lapide carneolo trito, uel ex carbonibus de ligno roris marini tritis, seu ex puluere de pumice trito & alijs, et dentifricijs Plinius lib. 28. cap. 2.*

Albificandum dentes

Vsu atteruntur.)Hoc sibi proprium dentes habent, ut per

Dentes crescunt. ut per omnem uitæ cursum paulatim crescāt, uelut argumento id est, quod in senio maiores sunt quàm iuuentute.

Dentes uocis sunt instrument. Nec cibi tantum.) Sunt uocis instrumentum, nam per ipsos refractio fit aeris, ordinati ad prolationem, & ueram distinctionem uerborum.

Cum defluxere explanationem omnem adimētes.) dentibus carentes, loquendo impediuntur, & sibilum reddunt.

Dentib. augurium inest. Qui plures dentes habent diutius uiuunt. Quin & augurium dentibus inesse.) Aristoteles quoque dentes quid præsagire scripsit. Nam quibus rariores fuerint haud ita diu uiuere opinatus est. Quoniam qui dentium ordine prodiit sint numerosiore, eos quoque uitæ productiore.

Triceni bini.) De numero dentium Galenus scribit libro undecimo De usu partium corporis humani, Auicenna septima tertij, Auerrois primo colligit. Et idem Plinius libro 11. cap. 37.

Fortuna blanditur. Fortunæ blandimenta sunt in Agrippina.) Recte blandimenta fortunæ dicit, blandiendo enim pollicetur & arridet quæ tandem fallit sicut Agrippinæ contigit quæ post obitū mariti Claudio Cæsari nupsit, & filio imperium ad suam & totius regni perniciem obtinuit.

Contra in leua) Leua pars diuersam tenet.

Sed mox plura de hoc.) lib. 11 cap. 37.

Zoroastes primo die risit. Vnum accepimus hominem zoroasten) Quemadmodum zoroastes eodem die quo natus est risit, sic autem

mus eius nunquam per totam suam uitam risit. Vnde Agelastum dixerunt uelut Solinus scribit tertio sui po lyhistoris & Aelianus lib. 9. Agelastus.

Futuro præsagio scientiæ.) Nam magicarum artium hic dedit exordium.

Consumente exustione.) Consumente exustione humidum substantificum.

Alij Orionis.) Orionis filij Neptuni, Alij ex Erichi Etonis Gigantis.

Orestis corpus) filij Agamemnonis.

In caput XVII.

Quod sit hominis spatium.) Id est hominis longitudo.

Vires quibusdam dextra parte maiores.) Propter hepar id contigit, quod huic parti calorem largitur, qui operationum instrumeetum est. Calor operationũ instrumentũ.

Obseruatum est mares præstare pondere.) potissimum mortuos & dormientes, causa ostenditur in meis quæstionibus.

Virorum corpora supina fluitare.) Cur hoc fiat Lud. Cælius Rhodiginus eleganter ostendit. Corpus uiri supinum fluitat.

In caput XVIII.

Sine medullis uiuere accepimus.) Medullam à cerebro descendentem ad uitam adeo necessariam esse

creau

Medulla functionum uicaria.

creatam, ut Alexander Benedictus, hanc omnium functionum uicariam dixerit.

In caput XIX.

Parthis interempti.) De M. Craßi interitu Valerius Max. lib. 1 capite 6.

Apathes qui.

Apathes Græci uocant) Apathes eos dicimus, quos sine paßionibus aut animi perturbationibus esse nouimus, uel sine paßibilitate, Tales Stoici magis gloriosè quàm uerè se profeßi sunt.

Timon quis fuerit. Pictum Thimonis.

Timonem in odium generis humani) Timon hic Atheniensis fuit, sic hominum moribus offensus, ut in solitudinem abierit, quo hominum consortia non frueretur. Omnia fugit colloquia præter adolescentis cuiusdam, quem cum amasset interrogatus est, cur hoc faceret, respondit, quia hunc scio Atheniensium futurum inimicum, Ante domum suam arborem habuit, ex qua se plures conciues suspenderant, quæ cum ad futurum ædificium cædenda fuerat, currit ad senatum proclamans, si qui essent, qui se suspendere uellent, id in tempore faciant, dum arbor adhuc supersit. Hunc μισάνθρωπον, hoc est hominum osorem dixerũt, de eo extat Luciani dialogus ab Erasmo uersus.

μισάνθρωπον, id est hominum osorem.

Vesculi qui. Hercul trecentũ quadraginta tres.

Corpore uesco) id est minuto, Nam uesculi male curati dicuntur, & graciles.

Rutilius Hercules appellatus.) M. Varro, qui trecentos quadraginta tres numerauit Hercules, rusticellũ

quen-

ſuendam quod mulam ſuum gerere potuiſſet etiā Her culem nominatam ſcribit. Et denuo hoc nomen Hercu lis ad omnes uiros egregiè fortes tranſlatū. Quod & Macrobius libr 1. Satur. docet, Plutarchus Theſeo hoc quoque nomen inditum ait, quod eſſet laborum tolle-rantiſſimus, ac Cleantem hoc nomine dignatus eſt phi loſophū, quia nocturnis laboribus diurnū uictū para-ret. Et idem Plin. hoc lib. cap. 37. Hippocrati, ob depul ſos morbos, teſtatur honores illos quos Herculi tribue rāt dediſſe ueteres, Simile A. Gell. facit lib. 2. ca. 11. quā-do Achillis nomen iis eſſe tribuendum ſcribit qui ingē-tis eſſent fortitudinis. Lege Cœlium de Tritormo hab-ſequa qui item Hercules dictus. Theſeus Hercules. Cleantes Hercules. Hippocrat. Hercules. Achilles qui. Tritormus Hercules.

Crotoniatam Milonem)de hoc Crotoniate uiden-dus eſt Rhodoginus lib. 11. cap. 20. & Aelianus lib. 12.

Caniſtius curſor)de hoc Caniſtio Lacedemonio Sa-bellicus lib. 10. cap. 9 ibidemq́; de Tiberio Nerone.

In caput XX.

Iliada Homeri membrana) Ea uerba Antonius Sa bellicus exemplorū libro 10. habet cap. 0. Excedūt fidē acerrimi uiſus, fuit Ilias Homeri in membrana tam cō-ciſſe & minutim notata ut teſta nucis includeretur.

Strabonem uocatum) Eiuſdem Sabellicus præfato loco meminit.

Callicrates ex ebore formicas) Artē quā hoc loco Calicrati adſcribit, Idem Plin lib. 36. cap 5. Mermetidi adſcripſit.

IN

In caput XXII.

Prælium quo Sybaris deleta est.) & ea tacendo non præterit Sabellicus præallegato loco.

In caput XXIII.

Harmodium & Aristogitonem.) Horum Valerius meminit libro secundo capite quinto, & de huius Leænæ meretricis partu Campifulgosus exemplorū 3. libro cap. 3.

In caput XXIIII.

Cyrus bonæ memoriæ. *Cyrus rex omnibus.)* Cyrus Persarum rex erga suos milites concionem faciens (quorum erant triginta milia) nominatim unumquemque allocutus est. Hæc Guido Bituricensis capite de memoria.

L. Scipio populo Rom.) nomina dedit.

Cyneas Pyrrhi regis legatus.) de hoc legato similia Franciscus Petrarcha scribit.

Duarum & uiginti linguarum.) Mithridates Ponti rex & Bithiniæ. Gellius lib 10 cap 17.

Matris & affinium.) Huius infortunij Sabellicus meminit libro decimo capite duodecimo, & huius Coruini Messalæ eodem loco.

In caput XXV.

Cæsarem dictatorem.) Habentur ea omnia apud Suetonium in uita huius Cæsaris ab initio.

In caput XXVI. adnota.

Laus Pompeij Magni.) Laudem Pompeij Magni, Val. Max habet lib. 4. cap. 7.

In caput XXVII.

Quater & quadragies causam dixit.) Nam totiens quoq; accusatus est.

In caput XXVIII.

Centum sexaginta coronis.) De multis coronarum generibus. Plinius libro decimosexto capite quarto. Alexand. ab Alexand. libro quarto capite octauo.

In caput XXIX.

Inter spolia Darij.) De reuerentia & honore

Operum Homeri legi exempla Sabell. libro septimo, capite 5.

Pindari uatis familiaeq́;.) hæc apud prædictum autorem, præfatoq́; loco scribuntur.

Aristotelis philosophi patriam) Oppidum Stagirum unde Stagirites dictus est.

Sophoclem Tragici coturni prin.) Lysander Bacchi iussu, Sophoclem mortuum sepeliri iussit, tanta poetarum quondam fuit dignitas ut curam eorum dij haberent Campiful. lib. 8.

In caput XXX.

Naues quādoq; onerātur. Nauem uittatam.) id est fascijs ligatam seu teneis id est fracturis silicum onustam, persæpe namq; onerantur naues harena uel rudere ut securius à submersione incedant.

Equis albis. Ipse quadrigis albis.) Ipsum quatuor albis equis excepit, id est fortunatioribus, ut Veneris equis, quadrigarum etenim nomine, equos intelligimus qui quadrigas agunt uelut Columella docet libr. 3. capite nono.

Aeschines Atheniensis summus orator) Hanc totam historiam clarius ostendit Valerius libro octauo capite decimo.

Poßidonius sapienti.) Poßidonij sectæ Stoicæ celeberrimi, uide Sabell lib. 7. cap. 5.

Auditæ Carneade.) Carneades ab Atheniensibus

Romam in legatione missus est. Quo audito Censorius Cato senatui suasit, ut cito eum, quarum causa uenerat Carneades expediret, eumq; à se dimitteret, periculosum enim diuturniorem ipsius in urbe Roma moram arbitrabatur, quum tantam in eo uim linguæ nouerat, ut à uero falsum discerni non liberũ erat Campifulg. libro 8. cap. 9.

Expellendos censuit Græcos) philosophos quidem.

Prior Africanus Q. Ennij.) Scipioni Africano hic Q. Ennius adeo coniunctus fuit beneuolentia, ut miraculi uice fuerit uterq; Hæc Crinitus de poetis Latinis lib. 1. cap. 2.

Ex tertia orbis parte raptum.) Africa quippe, quam domuit.

Ab asinio Pollione.) De hac quoq; re Crinitus libro de honesta disciplina 16. cap. 8.

In caput XXXI.

Socrates oraculo.) De societate habemus apud omnes authores totas Odysseas.

In caput XXXII.

Chiloni Lacedæmonio.) De Chilone Damageti filio Diogenes Laertius libro primo de uita philosophorum. Huc uidendus est Erasmus in prouerbijs.

Nosce te ipsum.

Exspirasset gaudio.) *Idem testatur Guido Bituricensis.*

In caput XXXIII.

Melampos. Ex uiris in Melampode.) *Hic Melampos Dionysij sacra ab Aegyptijs ad Græcos transtulit Diodoro 2. libro referente.*

Aiurato senatu.) *id est non tantum priuato testimonio, sed uero senatus sacramento.*

In caput XXXIIII.

In patria mori non licuit.) *Pergamum secessit sine ullo ingratæ patriæ desiderio, Valerius lib. quinto capite tertio.*

In caput XXXV.

Electa ex centum.) *Hoc item testatur Valerius, libro octauo cap. 16.*

Claudia. Experimento Claudia.) *Claudia uirgo Vestalis ut autor est Hieronymus. Cùm in stupri suspicionem incidisset & simulacrum Ideæ matris in uado Tiberis hæreret, ad comprobandam suam pudicitiam, cingulo nauem duxisse fertur, quam hominum multa millia trahere nequiuerant Guido Bituricensis capite de*

de pudicitia.

In caput XXXVI.

Humilis in plebe.) *Hanc historiam multis describit Valerius Max. libro 5. cap. 4. Et Solinus historiarum libro 6.*

Et Reipublicæ consul.) *Seditiosus enim fuerat, qui plebem aduersus ſ natum excitârat.*

Post repudium obijt) *M. Lepidus post Syllæ dictatoris interitum à Catulo dissensione ciuili urbe eiectus est, propter quod in Sardiniam concessit. Vbi audita morte Apuliæ uxoris mortem obijt, Sabellicus libro tertio capite quinto.*

Publius Rutilius.) *habetur hæc historia apud Sabellicum libro 3. cap. 7.*

In caput XXXVII.

Statuam inaurata lingua.) *Consimilia Sabellicus habet libro 10. cap 8.*

Hippocrates medicina pollens) *Quæ hoc loco Plinius scribit & Senatusconsultum Atheniensium in Hippocratis honorem & immunitatem habet.*

Summa Aeclepiadi) *Tanta in Aesclepiado medendi fuit fiducia, ut dixerit se non medicum nominandum, si per totam suam uitam unquam aduersa ualetudine laborasset, in qua ualetudine usque ad septuagesimum annum uixit Mortuus denuò cum è sca*

Aesclepiades per scalas corruit.

lis fallente uestigio corruisset Campisulg. Exemplorum libro 3.

Archimedes optimus artifex.

Grande & Archimedi Geo.) Archimedes Syracusanus adeo machinalis scientiæ plenus, ut nauem onustam solus traxerit quo uoluit, quam ingens uis mortalium non mouere quidem poterat, unde Marcelli ducis interdictum uetuit capitis mulcta, ne quis Archimedem læderet Sabellicus libro decimo capite octauo.

Ctesiphon Gnosius.

Aede Dianæ Ephesiæ) Ctesiphon Gnosius architectus, uir extra omnem aleam industriæ collocatus Ephesiæ Dianæ templi constructionem excogitauit, quod dusentis & uiginti annis factum est à tota Asia, Cuius fundamenta situata fuerant in solo palustri, ne terræ motus sentirent, aut hiatus timerēt, quæ calcatis antea substrauere carbonibus, dein uelleribus lanæ. Huic templo longitudo fuit quadringentorum uigintiquinque pedum, latitudo ducentorum uiginti Columnæ centum uiginti septem, à singulis regibus factæ, sexaginta pedum amplitudine, ex quibus triginta erant cœlatæ. Author Mutianus est, & Guido capite qui memoria præstiterunt, Et Sabellicus lib. 10. cap 8.

Templi dianæ longitudo.

Armentario mille nauium). capaci Sabellicus loco præallegato.

Pneumatica ratio.

Pneumatica ratione.) Pneumatica ratio pars est musicæ quæ fit inflatis uento fistulis.

Hydraulis quid.

Et Hydraulicis organis.) Hydraulis organum dicitur,

dicitur, extrahendi à profundo aquam idoneum Vitruuius testis est.

Dinocrates.) De Dinocrate, Alexandro, Apelle alijsq; Guido Bituricensis scribit, & Valerius libro octauo capite 11.

In caput XXXVIII.

Aristidis Thebani pictoris.) Aristidis, Praxatilis & similium Plinius meminit libro 35. capite 10. & Valerius libro octauo.

In caput XXXIX.

Sestercijs licente.) Sestertius quasi semis tertius, eo quod in se contineat asses duos & dimidiatum ter tium. Sic ergo apud Romanos ex ære signato habuit libras duas & semis, uel dipondium aut semissem & per us. notabatur, De hac re Melanchthon per compendium scripsit. Sestertius quid.

In caput XL.

Mortalium nemo est felix.) Haud uiuit ullus omnibus felix modis Euripides.

Computat more Thraciæ gentis uide Erasmum in prouerbio Creta notare.

Voluptatis comes mœror. *Nec lætitia ullo.)* Plautus inquit uoluptatis comitem esse mœrorem.

In caput XLI.

In qua tres continua serie.) Vide Sabellicum libro tertio cap 9.

Vna Pherenice.) De hac Pherenice Aelianus libro duodecimo in principio.

In caput XLII.

Variantis fortunæ.) Inconstantis.

In caput XLIII.

Seruauit proscrip.) De istis Valerius & Liuius.

In caput XLVI.

Aglaum Psophidium.) Hanc historiam Guido graphicè describit in capite de paupertate.

In caput XLVIII.

De spacio atque longæuitate.) De istis multa in nostris succisiuis lectionibus primo dialogo, & apud

pud Maronem in carmine de ætate animalium.

In caput XLIX.

Tetartemorion.) Tetartemorion quadrantem significat. Tetartemorion quid.

In caput L.

P. Cornelius Rufus.) De hoc Cornelio consule Guido capite quibus fortuna fauet insidiatrix.

Vomicæ morbo.) Vomica tumor est excrescens siue craßicies quæ saniem frequenter emittit. Vomica.

Senes minimè pestilentiam sentire.) Hæc Plinij assertio non est perpetuæ ueritatis, quoniam apud Plutarchum legimus Furium Camillum, longo senio exactaq; ætate confectum hac lue perijsse. Senes pestilentiam nõ sentire.

In caput LI.

Aut formicans permissu.) De pulsu formicante scitè admodum scribit Rhases ad Alman. libro decimo capite 33.

Et alia Hippocrati.) In libro de uictus ratione & libro secundo de morbis. Item libro de diebus decretor.

In caput LII.

Hermotimi Clazomenij.) Huc legendus est Baptista Campifulg. libro 1. cap. 6.

Et in Gnosio Epimenide.) De hoc Valerius libro octauo capite decimooctauo. Cur autem tam diu dormiuisse narratur in mea Philologia narratur.

Foeminarum sexus.) Si foemina matricis laborat strāgulatione, seu praefocatione, in extasim cadit, absq; motu & sensu, sed reuocatur inferius odoriferis, superius foetidis adhibitis.

Cōtra praefocat matricis.

E duobus fratribus.) Hanc totam historiam Campifulgos recitat lib. 1. cap. 6.

In caput LIII.

Praeter Chilonem.) de quo dictum est supra capite trigesimosecundo.

Sophocles & Dionysius.) Et ea testatur Valerius Max. libro nono capite duodecimo Et Fulgosius lib. 9. cap. 13. De Diodoro item.

Mater pugna illa Cannensi.) De hac muliere Romana A. Gellius libro 3. cap. 15.

Dum calciantur matutino duo Caesares.) De his & sequentibus Guido ab initio suorum exemplorū capite primo.

Dum

Iaungit specillum per oculum) Specillum instrumentum est medicum quo unguenta extenduntur. Specillum.

In caput LIIII.

Ipsum cremare apud Romanos) De uarijs sepeliendi ritibus Alexander ab Alexand. copiosissime in suis succidaneis.

In caput LV.

Post sepulturam aliæ atque aliæ.) Hanc de anima & manibus in uarijs locis Marsilius Ficinus. Et quædam Aelianus lib. tertio. Sed in nostro tractatulo quem de dæmonibus sublunaribus in publicum dedimus, abundantiss. scripsimus.

In caput LVI.

Ceres frumentum.) Berosus Chaldæus libro 5. frumenti usum Osiridi adscribit, dicens in Aegypto & Palestina aratrum & omnia ruris instrumenta ad manus parasse. Ceres frumenti usum dedit.

Glande uescerentur.) Huius rei testem pono Fabium quoque Pictorem, & Diodorum, qui suo primo libro ea omnia ferme habet quæ hic ponuntur.

Item Herodotum in 5. Lactantium, Solinum & Vergil. Polydorum de rebus inuentis primo libro.

In caput LX.

Quando primum horologia.) De horologij inuentione Vitruuius libro nono de architectura & Polidorus libro secundo de rebus inuentis capite quinto.

FINIS.

45 -

BASILEAE, EX OFFI-
CINA HENRICPETRINA,
Anno Salutis humanæ M.
D. LXIX. mense
Augusto.

SIXTVS HENRIC PETRI
15 69

47